

I O H A N N I S 2  
B O R C H O L T E N  
I C T I . C L A R I S S I M I  
E T A C A D E M I A E I V -  
līz quondam Ordinarij.

Commentaria.

I n insignem & vtilissimum  
n. titulum  
D E C O M P E N S A T I O -  
N I B V S

*Nunc primum edita*

S T A T I O B O R C H O L T E N  
Rostochiensi I. V. Doctore & Academīæ  
Iuliæ professore.



*Cum priuilegio Sacrae Cesariae Maiestatis  
ad annos quindecim.*

HELMSTADII  
*Impensis Heredum Ludolphii Brandes*  
*a. anno cto. 15. IV C.*



Ob. 6. II. 3353



DOMINIS  
CONSVLIBVS ET SE-  
NATORIBVS CIVITATIS  
HELMSTADIENSIS  
amicis meis S.

 Vr vos compellem,  
viri prudentes, hanc  
causam habeo, quod  
parens meus piæ memoriæ,  
cuius hoc opus primam nunc  
lucem aspicit, apud vosvixit  
per annos non paucos, & ita  
vixit, vt non solum vestrum  
non offendiceret quenquam,  
sed etiam omnes uno amoris  
amicitiæ & officij vinculo sibi  
coniungeret ac deuinciret?  
Namq; & à vobis magnis sæpè  
A 2 ornari

ornari solebat beneficijs, quo-  
rum nec manes ipsius pios ob-  
litos esse planè mihi persua-  
deo, quibus & vosfauetis ad-  
huc ipsissimi? Hoc vel inde  
colligo quod me nec amore  
vestro nec benevolentia indi-  
gnum censetis. Quare ego  
homo non sim, si vestram nō  
agnoscam humanitatem, ne-  
cessē est, quam agnosco lu-  
bens gratoq; animo, & vt me-  
is qualibuscunq; officijs eam  
recompensare possim, id ago  
& agā sedulò. Hanc ob caūs-  
sam ipsam hunc quem præ-  
sentem videtis patrium com-  
mentarium, amoris & obser-  
uantiae signum, vobis offero,  
dedi-

dedico, consecro, obnixè ro-  
gans vt eum benignà fronte  
accipietis, parentis mei reli-  
quias ametis, meq; vestrâ a-  
micitiâ & fauore dignum cen-  
seatis. Hoc quia mihi planè de  
vobis polliceor, vestrâ huma-  
nitate confisus, nō addo nunc  
plura, sed vestrâ Rempub.  
vosq; omnes & singulos, Dei  
omnipotentis protectioni cō-  
mendo. Valete. Ex Musæo  
in Inclytâ IV LIA 28. Februa-  
rij. Anno. 96.

V. Obseruantissimus

Statius Borcholten I. V. D. &  
Academiæ Iuliæ professor  
publicus.

A 3 IN CLA-



# IN CLARISSIMUM GERMANIAE IVRIS- consultum.

IOANNEM BORCHOLTEM,  
Epigrammata anagram-  
matica,

I.

IOANNES BORCHOLTEVS.  
LAVS IN BONO COR TENES.

**L**AUS pietas, virtus tibi laus, doctrinaq;  
laus est:

INq; BONO quod COR triplex gran-  
de TENES.

O trias alma boni ! quid IANE beatius  
illa

Sanctius aut poterat nobiliusq; dari ?

Nicolaus Reusnerus, S. Palatij  
Comes, & in Salana  
Antecessor.

IOAN.



2.

IOHANNES BORCHOLten.  
EN LABOR ET HINC HONOS.

DVM IURIS NODOS & LEGUM ANIGMATA  
SOLUIS  
*Sulpitio atque ipso non minor AE-mi-  
lio,*  
EN LABOR immensus te vir præclare fa-  
tigat,  
Immortalis ET HINC est tibi partua  
HONOS.

Martinus Chemnitius ICtus,  
& Duci Pomeran. à  
consilijs.



A 4

IOAN-

IOANNES BORCHOLTEN.  
EN NOBIS LAC ET HONOR.

**L**AC alit infantes : honor assi-  
gnatur adultis:  
Vivigeat neutro vita ca-  
rere potest.  
Et voce & calamo informans iuuenesque  
virosque,  
*Omnibus EN NOBIS LAC es ET*  
*almus HONOR.*

Henricus Meibomius, Poëta  
Cæsarius & in Iulia Pro-  
fessor.



ALIVD



A L I V D A B E O D E M  
scriptum Memoriæ

IOANNIS BORCHOLTEN  
I C t i . C L .

 Rgo iterum lumen, quo non il-  
lustrius ullum  
Impositum Elmanis pro-  
micuit cathedris:  
Quod fulgore suo radiantia sidera vicit:  
Quod noctis dubias dissoluit tenebras:  
Vnde minora suā repetebat lumina lucē:  
Quod multorum operas iuuit, & auxit  
opes.  
Qualis ad Oceanī scopulos Syrtesue dolosas  
Stat Pharūs, & nautis lampade mon-  
strat iter:  
Hoc, inquam, lumen cœlesti fomite plenū,  
Flatibus insani turbinis occubuit.  
Heu cathedram infelicem! heu pulpita de-  
ploranda?  
Vester bonos, vestrum eheu diadema  
iacet!

*Insurgunt tenebrae & tempestas nigra pro-  
pinquat:*

*Obnubet nitidam fors etiam umbra  
diem.*

*Nil lucis sator aetherius, fulgore corusco*

*Irradians viduas clarificet cathedras.*

*Ni PATRIAE PATER eximius vacua a-  
tria lustret;*

*Extinctæ aequalē substituāq; facit  
Fata virumq; velint tu verò, ô nobile lu-  
men*

*Syodus olympiacis ignibus adde no-  
uum.*

*Non prius absistes iubar orbi ostendere pu-  
rum:*

*Quām vultus Titan occular aurico-  
mos.*

*De eodem,*

*Patria, stirps, animus, prouincia, vita,  
labores,  
Si quem nobilitant, nobilis ipse  
sui.*

*Nom*

*Non tamen inflarunt me hac singula, iun-  
ctaue: cessi,  
Quique mihi nollet cedere; nemo  
fuit.*

## ALIVD.

*Incipe formidare necem Dijs proxima  
virtus,  
Qui virtute omnes vicerat, et ceia-  
cet.*



DE IO-



# DE IOANNE BORCHOL- TEN Viro & IC. clariss.

In Statio F. γνησίω Rediuiuo.  
Elegeidion.

## TOBIAE SCVL TETI OSSITI- ENSIS HERMVNDVRI.



ORTA graui Inuidiæ stimu-  
lo percussa; Themistos  
Vndiq, fortuna crescere  
Regna bona:

*Qua potis est, it quassatum  
magna illa furore,*

*Et proceres tanti deicit Imperij.*

*Iamq, Hotomannus obit: iacer & Cuiacia  
virtus:*

*Donelli clare funere Sandapila,  
Tandem etiam, heu facinus! Patriæ Ger-  
manidos illa*

*Gloria Borcholtus sorte pari occubuit.*

*Elmanæ fleuere virum: nec Iulia luctum  
Disimulat: qua post, victa dolore, Dicē,  
Maxima quæ sacri præses cluit vndiq, Iuris,  
Alloquitur: Suboles indubitata Iouis,*

*Quā*

Quò tua Maiestas, quæ te toto orbe manebat.

Quo Regni vires heu recidere Tui !  
Te contrà, contraq; Tuos, iniuria nostri

Mors Generis, nullo vindice, tanta po-  
test !

Si Te nulla mouet reliquum iactura viro-  
rum:

Borcholtum saltim à Morte reposce  
Meum,

Dixerat: Huic placido respondet pectore  
Diua:

Pessima noctisata nota mihi ausa Deæ:  
Sed vana illa tamen: manet aeternumq; ma-  
nebit

Vita viris, per quos Gloria nostra viget.  
Illa quidem optatam conata est soluere vi-  
tam:

In cassum: affecti corporis exsuiias  
Transtulit in melius, Genio vinente per  
illos

Librorum fætus & monumento animi.  
Nec de Borcholio quidquam mihi pessima  
ademit:

Qui, quantus, quantus corpore & in-  
genio.

In

*In Nato viuit: quem nunc felicibus alis  
Per populos patrio fama labore vehit.  
Dixerat ex illo pacata est Iulia: que nunc  
Concier in laudes rotum Helicona  
tuus.*

*O Anima, Iuuenis, non ultima portio no-  
stræ,*

*Fulgida Legalis gerima sodalitij.*

*Tu facis, ut vexare putem fata illa volu-  
cris,*

*Quæ Pater ipsa sibi est: Progeniesq;  
sibi.*

*Salve etiam atq; etiam; Pater in Te à fune-  
re viuat!*

*Tuq; itidem viuas in patre perpetu-  
um!*



DE COM-







## DE COMPENSATIO- NIBVS.

**V**ix titulo de Compensationibus respondet in Codice titulus 31. libri quarti Codicis, qui similiter de compensationib⁹ inscribitur. Capita autem de quibus h̄ic agitur, haec sunt. Primum traditur definitio compensationis. Deinde ostenditur quārum rerum fiat compensatio. Tertio, quomodo fiat compensatio. Quarto quando fiat. Quinto h̄ic docetur quod non solum in rebus priuatorum, verum etiam in causis fisci compensatio locum habeat. Tandem

B ultimo

2 CAPVT I.

ultimo loco agitur de vi & effe-  
ctu compensationis. De his igitur  
capitibus Deo iuvante, ordine di-  
cemus, ijsq; explicatis, totius titu-  
li explicationem habebitis.



CAPVT PRIMVM.

Quid sit compensatio.

1. A definitionibus rerum ordiendū est.
  2. Compensatio quid sit.
  3. Debitum & creditum varie in Iure dicitur.
  4. Propriissima horum verborum significatio ostenditur & probatur.
  5. Explicatur l. incendum C. si cert. pe-  
tatur.
  6. Debitor pecuniae mutue casum fortui-  
tum præstare tenetur.
  7. Proponitur vera sententia l. s. s. is  
quog; ff. De obligat. & Action.
  8. Propria creditoris & debitoris signifi-  
catio quænam sit
2. Com-

## QVID SIT COMPENS.

3

9. Communiter & latè quis dicatur creditor itemq; debitor.
10. Quomodo debitum & creditum in compensationis definitione accipiatur.
11. Naturalia debita etiam compensantur.
12. Debendi verbum quid in definitione actionis significet.
13. Verba hec, inter se, ad quid respiciant in definitione compensationis.
14. Contribuere significat conferre.
15. Compensatio alias dicitur pensatio.
16. Explicatur l. quæcunq; ff. de obligationib. & Actionibus quæ cum definitione compensationis pugnare videntur.
17. Perimere quid sit.
18. Exceptio Velleiani naturalem & ciuilem obligationem simul tollit.
19. Quomodo intelligendum sit, quod dicitur, in mulierem intercedentem actionem petitionemq; non esse.
20. Indebitum non est quod saltem natura debetur.

21. Exceptio pacti conuenti naturalem & ciuilem obligationem perimit.
22. Pacta exceptionem pariunt.
23. Explicatur l. qui exceptionem s. fin. ff. de condic̄t. indeb.
24. Exceptio Iuris iurandi omnem obligationem tollit & perimit.
25. Explicatur l. fin. ff. de iure iur.
26. Exceptio doli & exceptio quod metus causa peremptoriae sunt.
27. Quædam exceptiones ciuilem tantum obligationem perimunt, naturalem non item.
28. Exceptio Macedoniani ciuilem obligationem solummodo tollit.
29. Filius famil. mutuam accipiens pecuniam naturaliter & ciuiliter obligatur.
30. Exceptio rei iudicatae ciuilem obligationem tantum tollit.
31. L. Julianus ff. de condic̄t. indeb. explicatur.
32. Exceptio inopiae, quam maritus habet, ciuilem tantum obligationem tollit.

33. Etiam

## QVID SIT COMPENS.

5

33. Etiam filiis datur exceptio inopiae quam maritus haberet.
34. Socius a socio consentius haberet exceptionem inopie.
35. Omnes qui exceptionem inopie habent naturaliter obligati manent.
36. Qui ex donatione conuenit in id tantum quod facere potest condemnatur.
37. Dissoluitur argumentum quo probari videtur, definitionem compensationis esse angustiorem suo definito.
38. Paria delicta mutua compensatione tolluntur.
39. Compensationis verbum non uno modo in Iure accipitur.
40. Justinianus retentionum genera sustulit.
41. Justinianus non sustulit compensationes, quae fiunt ob res donatas & amotas & impensas.
42. Compensatio impropiè ad delicta pertinet.
43. Compensationis verbum sumitur quoque

quoque pro imputacione.

44. Compensatio interdum significat curiuscumq; emolumenti percepti-  
nem.
45. Compensatio etiam deductionem si-  
gnificat.
46. Explicatur l.z.C. de compensationi-  
bus, qua probari videtur, natura-  
lia debita non compensari.
47. Explicatur l. penult. C. de condic<sup>t</sup>  
indeb.
48. In alternatiis electio est rei sive  
promissoris.
49. Indebitum solutum ex parte accipi-  
entis fit natura debitum.
50. Dissoluitur aliud argumentum quo  
probari posset, naturalia debita  
non compensari.
51. Dissoluitur aliud argumentum e-  
iusdem generis.
52. Pupillus locupletior factus recte sol-  
uit.
53. Quod pupillus, locupletior factus, de-  
bet, recte compensatur.
54. Alius argumentum contra defini-  
tionem

*zionem compensationis prolatum  
dissoluitur.*

55. *In pupillum datur actio, non ex obliga-  
tione, sed ex rescripto Diui Pij.*
56. *Aliud argumentum dissoluitur, qua  
probatur, naturalia debita non  
compensari.*
57. *Aliud in eandem sententiam produ-  
ctum argumentum dissoluitur.*



Vemadmodum Tribonianus, Theophilus, Dorotheus, & reliqui Pandectarum compilatores, in multis Iuris partibus definitionem primo loco poluerunt. l.i.de iustit. & iure. l.i.de legibus l.i qui satisda. cogan. l.i.de in ius vocan. l.i.de pactis. l.i.de procur. l.i. de dolo malo. l.i. de capite minutis, memores eius, quod lati- næ eloquentiæ parens Cicero monet, omnem quæ à ratione aliqua suscipitur de re institutionem, à definiitione debere proficisci. Cicero

- in i. Offic. Ita idem ab ijs factum est in hoc titulo nostro. Nam in initio tituli definitionem compensationis retulerunt ex Modestini libro 6. Pandectarum, his verbis :
- 2 Compensatio est debiti & crediti inter se contributio. l. i. h. t. nostro. Huius definitionis singula verba explicabimus. Argu. l. i. de rebus creditis. Facit Modestinus debiti & crediti mentionem, relatiuè & correlatiuè. Debitor enim & creditor relatiua sunt & correlatiua, sicuti pater & filius, præceptor & discipulus.
- 3 debitum autem & creditum, non uno modo dicitur. Interdum nomen debiti itemq; crediti propriissimè sumitur, interdum propriè, quandoq; communiter, siue ut Græci Interpretes dicunt *ἰδιωτῶς*,
- 4 *ἰδιῶς* & *κοινῶς*. *ἰδιωτῶς*, siue propriissimè debitum & creditum de mutua pecunia dicitur, & propriissimè debitores sunt, qui mutuam pecuniam debent. Creditores quibus mutua

mutua pecunia debetur. Intelligitur hoc ex l. creditores, in fin. de verb. signific. vbi ICtus inquit: si non sit mutua pecunia; sed contractus, creditores accipiuntur. His verbis, si non sit mutua pecunia &c. ostedit propriissimè creditores appellari qui pecuniam mutuam crediderunt. Idem apertius ostenditur in l. sequenti: Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniā crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet caussa debetur. Nota quod ICtus inquit non hi tantum; his verbis innuit propriissimè creditores esse qui pecuniam crediderunt. Idem docet ICtus in l. omnem, de iudicijs, cum inquit: Omnem obligationem pro contractu habendam existimandum est, ut vbi cunq; aliquis obligetur, & contrahi videatur, quamuis non ex crediti caussa debeatur. Postremis verbis ICtus significat propriissimè creditores

esse, quibus ex crediti causa debetur, hoc est, qui pecuniam mutuam crediderunt. Sic Iustinianus Imperator, in Nouellæ constitutione quarta circa finem docet, propriissimè creditores esse, qui pecuniam mutuam dederunt. Creditorem inquit veteres secuti leges constitui- mus, quicunque actionem contra aliquem habere potest, et si non mutuum contractum, sed aliud genus contractus subsistat. Nota hæc verba, et si non mutuum contractum, quibus Imperator apertè ostendit, creditores propriissimè esse qui mutuum contrahunt. Ita etiam Constantinus Harmenopolus tradidit. lib. 3. epit. Iuris tit. 5. τὸ δανεισμὸν γέγενος ὄντα, η σωμάτια καὶ η τῶν πολλῶν γλῶσσα ὡς ἐπιό πολὺ ἐπί τῶν δανειζοντων καὶ δανειζομένων παραλαμβάνει καὶ λέγει, id est, debitoris & creditoris nomen, consuetus & communis loquentium usus maxima ex parte de ijs qui mutuo quid

quid dant vel accipiunt dicit atque intelligit. Hoc denique Græcum nomen euidenter ostendit, siquidem Græci creditores *dareigas* appellant à *darei*? sive *darei?w* quod mutuor significat. Sic debitoris 5 nomen propriissimè sumitur pro eo qui mutuam pecuniam debet l. incendum C. si certum petetur. Incendum inquit Imperator ære alieno debitorem non liberat. Hæc lex si generaliter de quo quis debitore eam accipias, falsa erit. Nam qui rem depositam accepit, eamque incendio amisit, liberatur, §. præterea Institut. Quibus modis recontrah. obligat. Liberatur etiā, qui commendato rem accepit, & incendio amisit, quemadmodum Iustinianus docet in Institut. dicto tit. quibus modis re contrah. oblig. Ex quo perspicuum est in d.l. incendum C. si certum petetur, debitoris nomen generaliter accipi non posse.

posse. Debitor itaq; ibi debitorem  
 6 pecuniæ mutuæ significat, & qui  
 mutuam pecuniam accepit, eamq;  
 incendio, hoc est, casu aliquo for-  
 tuito amisit, non propterea libera-  
 tur, cum tamen commodatarius &  
 depositarius liberentur, re commo-  
 data aut deposita incendio perem-  
 pta, cuius diuersi iuris rationem a-  
 libi exposui. Eodem modo debi-  
 7 toris & creditoris nomen accipitur  
 in l. 5. s. is quoq; de oblig. & action.  
 Ibi Caius de eo loquitur, qui non  
 debitum per errorem soluentis ac-  
 cepit, & tradit eum obligari quasi  
 ex mutui datione & eadem actione  
 teneri, qua debitores creditoribus,  
 quibus postremis verbis hoc dicit  
 Caius, eum qui indebitum accepit,  
 teneri certi conditione, sicuti cer-  
 ti conditione tenetur debitor, qui  
 mutuam pecuniam accepit à credi-  
 tore. Debitor itaq; *idiotætæs* & pro-  
 prijssimè loquendo eum significat,  
 qui mutuam pecuniam debet. Et  
 credi-

creditor illum qui mutuam pecuni-  
am credidit. *Id est* & propriè sum- 8  
pto vocabulo debitoris & credito-  
ris, debtor est, qui ex quocunque  
contractu debet. Creditor cui ex  
quocunque contractu debetur d. l.  
creditores cum ll. sequentib. de  
verbis signific. d. l. omnem, de iudi-  
cijs, d. Nouella 4. circa finem. l. i.  
de rebus creditis. ibi ICtus tradit,  
credendi generalem esse appella-  
tionem & postea subiicit. Nam cui-  
cunque rei assentimur, alienam fi-  
dem secuti, mox recepturi quid ex  
hoc contractu credere dicimur. De- 9  
niq; debitore κατηγορίᾳ siue communi-  
ter dicitur, non solum qui ex mutuo  
aut quocunque alio contractu de-  
bet, verum etiam qui debet ex deli-  
cto, & creditor est, non solum cui  
debetur ex mutuo aliisque quo quis  
contractu, verum etiam cui debetur  
ex delicto l. vt si cui de verbis. si-  
gnific. Ibi Vlpian. ICtus inquit:  
et si ex delicto debeatur, mihi vide-  
tur pos-

tur posse creditoris loco accipi, verbi gratia: Titius furtum mihi fecit, aut rem meam vi rapuit, vel damnum iniuria mihi dedit, aut affecit me iniuria. His casibus ego creditor sum, & ego debtor, mihiq; in Titiū ex delicto, actio competit, d.  
 10 l. vt si cui, de verbis. sig. Et cum Modestinus compensationē definit debiti & crediti inter se cōtributionē nomen debiti itemq; crediti κονως, siue communiter accipit. Nam siue ex mutuo pecunia debeatur, siue ex quocunq; alio contractu, vel etiā ex delicto, cū alia pecunia quæ vicissim debetur rectè compensatur l. si ambo s. pen. de cōpens. Hoc ampli per debitū & creditū Modestinus intelligit etiā naturale debitū & creditū, quod solo æquitatis naturalis vinculo sustinetur, l. Stichū aut Paphilum, s. naturalis, de solut. (quāuis hoc impropriè debitū & creditū dicatur, vndē inquit Ictus: Licet minus propriè debere dicantur, naturaliter

raliter debitores per abusionem tam  
en intelligi possunt debitores, &  
qui ab his pecuniā recipiunt debi-  
tum sibi recepisse, l. fideiussor §. fi-  
deiussor, de fideiuss.) Nam etiā na- 11  
turalia debita veniunt in compen-  
sationē h. etiam h. t. nostro. Ut si tibi  
vsuras promittā nudo pacto, tu cre-  
ditoris es, & ego debitor naturaliter  
tantūm, non etiam ciuiliter. Pactum  
enim naturalem tantūm obligatio-  
nē producit l. 5. §. 1. ibi, ex pacto na-  
turaliter debebātur de solutionib⁹.  
Ideoq; vsuras petere à me non po-  
tes, ex pacti tamē cōuentione solu-  
tas potes retinere, & ego eas vt in-  
debitas repeterem nō possū. l. 3. C. de  
vsuris. Quod si mihi vicissim debere  
incipias, poteris compēsare vsuras,  
cū eo quod mihi vicissim debes d. l.  
etiā h. t. nostro. Deniq; per debitum  
hīc etiā quod meum est, sed ab alio  
possidetur, intelligimus. Nam qui  
meum possidet obligatus est mihi.  
§. Item si in iudicio, Institu. de ex-  
ceptio,

- ceptio. Debitor ergo est, & debitum hoc cum eo quod ego vicissim debeo, compensari potest, siquidem compensatio in realibus quoque actionibus ex constitutione Iustiniani locum habet, l.fin. C.de compensat: sicuti inf. latius dicemus:
- 12 Siccum actio definitur ius persequendi in iudicio quod nobis debetur, in titulo de Actio. in Institu. in prin. & l. nihil aliud, de obligat. & Actio. Debendi verbum non solum ad actiones personales, sed etiam ad reales refertur, alias definitio actionis solis personalibus actionibus conueniret. Et tantum de prioribus verbis definitionis.
- 13 Per sequentia verba, inter se, non intelligit Modestinus contrahentes, prout Accursius interpretatur, quem Azo secutus est, sed ea verba refert ad praecedentia verba, ad debitum & creditum. Et compensatio est, cum debitum & creditum
- 14 inter se contribuuntur. Contribuere

buere significat conferre, quemadmodum ex l. i. ad l. Rhodiam de iactu intelligitur. Ibi ICTus dicit, si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus sit omnium contributio-ne sarciri debere, quod pro omnibus datum est. Sententia igitur Modestini hæc est: Compensatio est debiti & crediti inter se contributio, hoc est, compensatio est, cum quis quod alteri debet, confert cum eo quod sibi vicissim ab eo debetur, & vtrumq; communi calculo subiicit. Verbi gratia: Debeo tibi centum ex mutuo, tu mihi vicissim incipis debere quinquaginta. Hic debitum est & creditum. Et si conferam, quod tibi debeo cum eo quod mihi vicissim debes: Et subiiciam vtrunque communi calculo, compensatio inducitur, & fit debiti & crediti inter se contributio siue collatio. l.i.h.t. Et qui inuicem creditor idemq; debtor est compensat. l. qui inuicem de condit. indebiti. Aliâs 15

com-



compensationem I&i pensationem  
vocant, l. si conuenerit vt nomen,  
de pignor. act. l. vnum ex familia s.  
sed si uno, de legat. 2. l. viro, soluto  
matrim. &c. l. quod in diem s. i. l. pe-  
cuniā h. t. n. Græci αυτηλογει appell-

16 lant. Huic definitioni eiusq; ex-  
plicationi videtur obstare l. quæ-  
cunq; h. t. n. in qua Ictus dicit in cō-  
pensationem non venire quæcunq;  
per exceptionem perimi possunt.  
Huiusmodi autē videntur esse ciu-  
lia & naturalia debita. Quare dicē-  
dū videtur, ciuilia itemq; naturalia  
debita in compensationē nō veni-  
re. Ad hanc difficultatem tollendā  
respondendū est hoc modo. Exce-  
ptiones omnes non esse vnius gene-  
ris. Aliæ sunt exceptiones, quæ ci-  
uilem & naturalem obligationem  
tollunt & extingunt, & de his ex-  
ceptionibus loquitur Ictus in d. l.  
quæcunq; h. t. n. quemadmodum  
verbū perimendi, quo Ictus utitur;  
17 satis ostendit. Perimere est tollere,  
extin-

extinguere, enecare. Hinc edictum peremptorium, quod perimat disceptationem, nec ultra patiatur aduersarium tergiuersari l. & tertium de iudicijs. Sic in Nouella Valentinianni de præscript. 30. annorum, vocabulū omne, peremptorium dicitur, quod omnia consumit. Huius autē generis est exceptio Sc̄ti Velleiani, quae datur mulieri quae intercessit pro aliquo. Mulier intercedens pro aliquo obligatur naturaliter & ciuitatiter, & in eam datur actio. Et quod dicitur in Sc̄to Velleiano in mulierem intercedentem actionem petitionemq; non esse, l. 2. ad Sc̄tum Velleianum, hoc ita accipiendum est, ut cum effectu in eam non sit actio nec petitio. Reuera enim in mulierem datur actio & petitio. Actio, actionem in personam significat, petitio actionem in rem l. actio in personam de oblig. & actio. verū hæc actio, tollitur opposita exceptione Sc̄ti Velleiani, siveque cō

res recidit, vt perinde sit ac si actio  
& petitio in mulierem quæ inter-  
cessit non daretur, Icto Paulo dicen-  
te, nihil interesse ipso iure actio-  
nem quis non habeat, an per exce-  
ptionem infirmetur l. nihil interest  
de regul. Iuris. Exceptio verò Scti  
Velleiani non solum tollit ciuilem  
obligationem, eamq; excludit, ve-  
rumentiam tollit simul, perimit, ex-  
tinguit, & enecat naturalem obli-  
gationem, qua mulier tenebatur.  
Intelligitur hoc ex eo, quod mulier  
quæ intercessit pro aliquo, & post-  
ea per errorem soluit, solutum  
tanquam indebitum potest repe-  
re. l. qui exceptionē, de condict.in-  
deb. quod facere non posset, si na-  
turalis obligatio cum ciuili non  
20 extingueretur, cum indebitum non  
sit quod saltem natura debetur, l. si  
non sortem, s. sed si delegatus, ibi,  
quia natura debetur, de condict.in-  
deb. Quia igitur exceptio Velleia-  
na omnem obligationem, qua mu-  
lier

lier intercedens tenetur, perimit, idcirco compensari non potest, quod mulier ex intercessione sua debet, cum eo quod sibi inuicem debetur: At si soluit mulier, ipsa compensatione poterit vti, cum soluti repetitionem habeat. Sic exceptio pacti conuenti est ex illarum exceptionum numero quæ naturalem obligationem cum ciuili permunt. Pone: debes mihi centum: Postea fit pactum inter me & te, de non petendo quod debes. Hic ipso iure à me non liberaris; Conuenire namque te possum, ut centum, quæ mihi debes, præstes, s. præterea debitor, Institu. de exceptionib. verum tu conuentus, repellere me agentem potes, exceptione pacti conuenti. Pacta enim exceptionem pariunt, l. iurisgentium, s. igitur nuda, de pactis, & Prætor pacta seruat. d. l. iurisgentium s. ait prætor, de pactis, datis scilicet exceptionibus, non etiam actionibus;

Idq; s̄æpissimè constitutum esse, Imperatores rescripserunt, in l. 5. C. de contrahenda stipul. Exceptio verò pacti conuenti ciuilem & naturalē obligationem perimit; quemadmodū ex eo intelligitur, quod qui habet exceptionē pacti conuenti, solutum per errorem potest repetere d. l. qui exceptionē, s. fi. de condic̄t. indeb. Ibi, de patrono & liberto agitur: Libertus operas patrono suo natura debet. l. si non sorte s. liber-  
tus, de condic̄t. indeb. Patron⁹ pact⁹ est cū liberto, ne operæ ab eo petātur. Quicquid, inquit Ictus, solutum fuerit à liberto, repeti poterit d. l. qui exceptionem, s. fin. de condic̄t. indebiti. Et quamuis Ictus ibi de patrono loquitur, qui pactus est cū liberto ne operæ ab eo petantur, tam idem intelligendum est de creditore qui pactus est cum debitore ne debitum ab eo peteretur. Exceptio enim pacti conuenti omnem obligationem tollit, ideoq; perem-

¶3

pto-

ptoria dicitur in s. appellantur, Institu. de except. Si igitur mihi centum debeas, & ego tibi vicissim centum habeam, sed habeam exceptionem pacti conuenti, de non petendo, non fiet compensatio eius, quod tibi debeo, cum illo quod tu mihi debes. Nam te agentem exceptione pacti conuenti repellere possum, eaque exceptio peremptoria est, & naturalem obligacionem cum ciuili extinguit. Ideoque quod tibi debeo in compensatione non veniet, d.l. quæcunq; h.t.n. sed ego solutū repetere & compensare possū. Sic exceptio iuris iurandi omnē ob-  
ligationē perimit, tollit, extinguit. Pone, lis est inter me & te de debito aliquo pecuniario: Ego affirmo te mihi centū debere, tu negas: Defero ergo tibi iuriandū, ut iures te dare non oportere: Iurasti; Adhuc inquit Imperator obligatus permanes, in s. xq; si debitor, Instit. de except. verū si conueniaris à me, habes

**exceptionem Iurisiurandi, eaq; exceptio** perimit quoque naturalem obligationem, & ob id soluta pecunia repeti poterit: l. fin. de iureiurando. Ibi Ictus de pupillo loquitur, qui negauit, se mutuam pecuniam accepisse; & docet, si inter creditorem & pupillum conuenierit, ut ab omni conditione discederetur, si pupillus iurasset, naturalem obligationem tolli, si pupillus iurauerit, dare se non oportere, & ob id solutam pecuniam repeti posse. Et quod de pupillo ibi dicitur, id est intelligendum est de quolibet alio debitore, qui delato iureiurando iurauit, sed dare non oportere. Ita enim traditum est generaliter, in l. si quis cum debitore, cum l. sequenti, de iureiurando. Ibi ei qui iurauit, exceptio iurisiurandi datur, & si soluit solutum repetere potest, non alia ratione quam quod ciuilis & naturalis obligatio per exceptionem iurisiurandi tollitur & extinguitur.

Deniq;

Deniq; ad exceptiones, quæ naturali obligationem perimunt, referenda est exceptio doli mali, & exceptio quod metus caussa s. appellantur Institu. de exceptio. Ibi utraque exceptio peremptoria appellatur, & exceptioni pacti conuenti comparatur. Ideoq; si quid debeatur, quod per exceptionem iurisiurandi, doli mali, aut quod metus caussa, perimi potest, id in compensationem non veniet d. l. quæcunq; h. t. n. Aliæ sunt exceptiones quæ ciuilem quidem obligationem tollunt & remouent, naturalem tamen non perimunt. Et huiusmodi naturalia debita compensantur. Huius generis est exceptio Scti Macedoniani. Hæc exceptio datur filiofamilias, qui mutuam pecuniam accepit, obligatur filiusfamilias, qui mutuam pecuniam accepit naturaliter & ciuiliter, ideoq; in eum datur aetio l. tam ex contractibus, de iudicijs. Et quod

C 5 dicitur

dicitur in l. r. ad Sctum Macedon. non dari actionem petitionemque ei, qui filiofamilias pecuniam credidit, hoc ita accipiendū est, vt cum effectu non detur actio petitioque. Eodem enim modo hæc verba accipiuntur, quo ea in Scto Velleiano accipi supra monuimus. Verū filiusfamilias cōuentus habet exceptiōnē Scti Macedoniani, qua creditore agentem & pecuniam mutuā repetentem submouet. Hæc tamen exceptio naturalē obligationē non extinguit. Intelligitur hoc ex eo quod filiusfamilias paterfamilias factus, & pecuniā quam mutuo acceperat, soluēs nō repetit. d.l. qui exceptiōnē de condic̄t. indeb. l. item si filiusfamilias s. fin. ad Sctum Macedon. Manet igitur filiusfamilias exceptione Scti Macedoniani non obstante, naturaliter obligatur idq; in specie traditum est à Icto Paulo in l. 10. ad Sctum Macedon. ibi Paulus inquit, naturalem obligationē manere

nere. Ex quo consequenter sequitur, pecuniam mutuam, quā filius familiæ accepit, eo patrefamiliæ effecto rectè cōpensari cū pecunia, quæ vicissim illi deberi cœpit. Hui⁹ 3º etiam generis est exceptio rei iudicatæ, quæ ei datur pro quo iudicatū est aduersus illum, contra quem iudicatum est. Pone, petij à te centum iudicialiter lite inter me & te aliquandiu agitata, iudex tandem per iniuriam te absoluit. Tu absolutus verè mihi debuisti, & mihi in te sententia iudicis non obstante competit actio ipso iure, s. item si in iudicio Institut. de exceptio. Verū si conueniaris, potes mihi obijcere exceptionem rei iudicatæ, atque ita me agentem repellere, toto titulo de exceptio, rei iudicatæ. Hæc exceptio tollit ac remouet ciuilem obligationē, naturalē tamen nō extinguit, ideoq; tibi conditio indebiti non datur, si post rē iudicatā & obtentam à Iudice absolutio-

nem.

nem per errorem solueris. Ita enim  
31 à Paulo Icto traditum est, in l. Iulianus de condic̄t. indeb. Ibi Paulus refert Julianum negasse verum debitorem post litem contestatam, manente adhuc iudicio soluentem repetere posse, quia et si absolutus esset à Iudice, vel etiam condemnatus, & solueret, non posset repetere. Licet enim, inquit Ictus, absolutus sit, natura tamen debitor permanet. Hic Paulus in l. Iudex, eodem titulo de condic̄t. indebiti inquit, Iudex si malè absoluit & absolutus, sua sponte soluerit, repetere non potest, quia scilicet natura debuit, d. l. Iulianus de condic̄t. indeb. Quia igitur verus debitor in iudicio absolutus natura obligatus manet, & hæc naturalis obligatio per exceptionem rei iudicatæ non extinguitur. Ideoq; quod verus debitor à iudice absolutus debet, recte compensatur cū illo, quod ei vicissim debetur. Naturalia enim debita,

debita, ut supra expositum est, in compensationem veniunt per l. etiam h.t.nostro. Deniq; huius gene- 32  
ris est exceptio inopiæ, quam ma-  
ritus habet. Si maritus vergat ad  
inopiam, mulier etiam constante  
matrimonio etiam ex stipulatu do-  
tem repetrere potest. l. si constante,  
solut. matrimo. Verùm maritus ha-  
bet exceptionem inopiæ eaq; op-  
posita condemnatur in id quod fer-  
re potest, l. vnica, §. cum autem, C.  
de rei vxor. actio. & hoc explorati  
iuris esse Vlpianus tradit, in l. ma-  
ritum, soluto matrimonio & Iusti-  
nianus æquissimum dicit in d. l. v-  
nica, §. cum autem, C. de rei vxor.  
actio. Etsi maritus pactus sit, ne in  
id quod facere posset condemnare-  
tur, sed in solidum pactum tanquā  
contra bonos mores factum non  
seruabitur l. alia caussa est, soluto  
matrimonio. Ibi Ictus docet hoc ita  
receptum esse propter reverentiā,  
quam mulieres maritis suis exhibe-  
re de-

re debent, quod & Iustinianus af-  
firmat in d. l. vnica s. cum autem,  
& ob id hoc beneficium personale  
est, & cum persona extinguitur, l.  
quia tale, soluto matrimo. nec he-  
redi mariti quæstratur d. l. mari-  
tum & l. rei vindicatæ tempus s. i.  
solutio matrimo. solis filijs exce-  
33 ptis, qui quamvis patri heredes ex-  
titerint in id tamen quod facere  
possunt condemnantur. l. etiam fi-  
lios, soluto matrimo. Exceptio au-  
tem inopiæ, quam maritus habet,  
naturalem obligationem non ex-  
tinguit. Hoc satis ex eo intelligi-  
tur, quod maritus exceptione ino-  
piæ habens, & doté mulieri soluens,  
solutum repetere non potest. l. nam  
& maritus de condic. indeb. quod  
que cauere cogitur si ad meliorem  
fortunam peruerterit, etiam quod  
minus soluit se præstiturum d. l. v-  
nica. s. cum autem C. de rei vxor.  
actio. Si igitur mulier viro qui sol-  
uendo non est, vicissim incipiat de-  
bere,

bere, fiet compensatio eius quod vir debet, quodq; mulier à viro propter inopiam eius consequi non potuit, cum illo quod vicissim viro à muliere debetur: Idemq; dicendum est, de socio, qui aduersus socium agit. Nā socius conuentus à socio, habet exceptionē inopiae & in id duntaxat, quod facere potest condemnatur, siue societas sit coita omniū bonorū siue vnius rei tantū, l. sunt qui, de re iudicata. l. verum est, pro socio quod summam habet rationem, siquidem societas ius quodammodo fraternitatis in se habet, d. l. verum est, pro socio. Exceptio tamen hæc inopiae, naturalē obligationē non tollit, nec extinguit, siquidē socius eius quod facere nō potest, cautione socio præstare compellitur, d. l. verum est s. item videndum, pro socio. Si ergo socio qui solidum soluere non potest, postea rursus ab eo, qui socius fuit quid deberi incipiat, fiet compensatio eius quod

quod socius, qui propter inopiam soluere non potuit debet, cum illo quod ei vicissim deberit cæpit, quod  
35 ego ad alios omnes qui exceptionem inopiæ habent, similiter perducendum existimo, vt sunt patroni & parentes, ac illi qui ex donatione sua conueniuntur, aut bonis cedunt. Nam si filius cum parente agat, aut libertus cum patrono, & pater, ac patronus tantum non habeant, vt solidum soluere possint, in id quod facere possunt condemnantur. l. patronus, de re iudicata, & s. fin. Instit. de Act. quod propter reverentiam, quam filius patri, libertus patrono debet receptū est. l. 6. de in ius vocando. Et liberto ac filio semper honesta & sancta persona patris ac patroni videri debet. l. liberto, de obsequijs paren-  
36 tibus & patronis præstand. Sic qui ex donatione sua conuenitur, in id tantum quod facere potest condemnatur d. s. fin. Instit. de Action. l. inter

inter eos, s. fin. de re iudic. Et qui bonis cessit, non in solidum condemnatur, sed tantum in id quod facere potest, si idoneum emolumentum postea acquisierit. d. s. fin. Institu. de Action. Ex his intelligimus sententiam legis quæcunq; h. t. n. quæ non tam definitioni compensationis aduersatur, quam eam limitat. Et debita & credita compensantur nisi talia fuerint debita, quæ per exceptionem perimuntur & extinguiuntur. Rursus definitioni compensationis eiusq; explicationi videtur obstare, quod sit angustior suo definito, & idcirco vitiosa l. i. de dolo malo. Nec enim tantum quod ex contractu debetur, vel quasi, aut ex maleficio, vel quasi, compensatur, verum etiam delicta inter se compensari dicuntur. Ostendit hoc Ictus, in l. viro, soluto matrimo. Ibi diuortio facta inter virum & vxorem quæsitum fuit, utrum ob mores viri an vero vxoris

D diuor-

diuortium esset factum. Vir mores  
vxoris accusauit. Vxor contra ac-  
cusauit mores viri. Et olim diuor-  
tio facto ob mores mulieris à mari-  
to ex dote sextæ poterant retineri,  
vel octauæ. Sextæ grauiorum morū  
nomine, Octauæ nomine leuiorum  
morum. Grauiores mores erant a-  
dulteria tantùm, leuiores omnes re-  
liqui. Ob mores mariti facto di-  
uortio, siquidē ob maiores mores,  
cogebatur maritus, dotē quæ à die  
reddi debebat, præsentem reddere,  
si propter minores mores, senum  
mensium die. In ea autem dote, quæ  
præfens solebat reddi, tantum ex  
fructibus iubebatur reddere, quan-  
tum in illa dote quadriennio red-  
debat, ut eleganter Vlpianus  
docet in fragment. titul. 6. de do-  
tibus. Vterque verò & mulier &  
maritus suam intentionem proba-  
uit & ob id iudex pronuntiauit  
caussam repudij, hoc est, diuortij, v-  
trunque dedisse d.l.viro, soluto ma-  
trimo-

trimonio. Adiicit Papinianus hoc ita accipendum esse ut ea lege, quam ambo contempserunt, neuter vindicetur. His verbis Papinianus hoc dicit: Maritus non potest, propter mores mulieris sextas vel octauas retinere ex dote: Econtrario quoq; maritus propter suos mores non potest puniri, ut dotem statim vel intra sex menses reddat, quæ à die reddi debebat. Lex quidē est de moribus lata, quæ vult ut cōiuges mores grauiores & leuiores fugiant, & ut ob mores mulieris sextæ & octauæ ex dote retineātur. Et mores mariti etiā puniātur. Verū ambo & mulier & maritus hanc legē contempserunt, & propterea ea lege neuter neq; maritus, neq; mulier vindicabitur. Paria enim delicta 38 mutua penitulatione dissoluūtur. Non solū igitur debita & credita compēsantur, verum etiā delictū cum delicto compensatur, quod tamē in definitione cōpensationis expressum

non est. Idemq; traditum est in l. 7.  
rerum amotarum. Ibi mulier habet  
actionem rerum amotarum aduer-  
sus maritum. Maritus etiam vult  
agere aduersus mulierem ob res a-  
motas. Hic inquit Ictus compen-  
satio fiet actionis, quam mulier ha-  
bet cum actione, qua maritus vult  
agere. Delictum igitur cum delicto  
compensatur, quod etiam probat  
l. si duo, de dolo malo. Ibi vnuſ do-  
lo malo quid fecit, itemq; alter, &  
dolus cum dolo compensatur. Nec  
enim inuicem de dolo agere pos-  
sunt. l. si duo, de dolo malo. Deniq;  
idem probatur per l. si ambo, h. t. n.  
ibi ambo socij parem negligentiam  
societati adhibuerunt, & Ictus in-  
quit, socios desinere inuicem esse  
obligatos, ipso iure compensatio-  
ne negligentiae facta. Ad hanc ob-  
iectionem ita respondendum est.

**39** Compensationis verbum non uno  
modo in iure accipitur. Interduum  
ad quantitatem refertur, d. l. si am-  
bo s. i.

bo, s. i. & s. quoties h. t. nostro, siue quod idem est ad pecuniariā causam respicit. I. rei iudicatæ, soluto matrimo. quemadmod. dos petat. In d. l. si ambo, s. i. Duo societatem inter se contraxerunt, & alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam adhibuit, quæ eadem quantitate æstimatur: Hic ipso iure fit compensatio, & iniucem liberatio. Ecce textum dicentem quantitatis compensationem fieri. In s. quoties, Ictus inquit, quoties ex maleficio oritur actio, utputa ex caussa furtiva cæterorumq; maleficiarum si de ea re pecuniariè agatur, compensationem locum habere. Ecce hic Ictus dicit compensationem fieri, cum pecuniariè agitur. In d. l. rei iudicatæ, soluto matrim. &c. docet Ictus quod heres mariti, in solidū condemnatur, cum tamen maritus in id tantum quod facere potest sit condemnandus, ut supr. monui. Verum

D 3              Ictus

Iesus adiicit heredi mariti compensationes prodesse, quæ ad pecuniariam caussam respiciunt, ut hoc min⁹ sit obligatus, veluti ob res donatas & amotas & impensas, morū verò cohercitionem heredē non habere. Olim propter res donatas & amotas ac impensas in res dotales factas retētiones fiebant ex dote, sicuti & propter mores vxoris ut sup. expositum est. Vlpian. in fragm. tit.

- 40** 6. de dotibus. Cæterum Iustinianus hæc retentionum genera sustulit, in d.l.vnica, s.taceat. C.de rei vxor. acti. sola retentione quæ ob necessarias impensas fit excepta. Necessariæ enim impensæ ipso iure dotem minuunt s. fin. Instit. de Actio. l. quoddicitur, de impensis in res dotales factis. Non tamen Iustinianus sustulit cōpensationes quæ ob res donatas & amotas & impensas fiunt, & ideo heres mariti cōpensatione vti potest ob res donatas, amotas & impensas. Morū verò cohercī-

hercitionē nō habet, hoc est, heres nō potest cōpēsatione vti ob mores mulieris grauiores & leuiores. Nō tādū autē est quod Ictus inquit heredi mariti prodesse cōpensationes quæ ad pecuniariā cauſam respiciunt. Propriè igitur quātitas siue pecunia compensari dicitur, quemadmodū in cap. proximè sequenti latius explicabitur. Et ita propriè cōpensationis verbū accipitur in definitione compensationis, cū Ictus compensationē esse dicit crediti & debiti inter se cōtributionē. Impro-<sup>42</sup> priè cōpensatio ad delicta pertinet & condonationē delictorum mutuā significat. Ut si mulier contépsit legē de moribus Maritus itē, paria delicta compensantur, h.e. mutuo condonantur. Sic si mulier cōstante matrimonio quid amouit, & maritus similiter, compensatio fit, h. e. mutua condonatio, ita vt neuter rerū amotarum agere possit. Et doluscū dolo cōpensatur hoc est, dolus condona-

tur & remittitur propter dolum ab alio admissum, & ideo à duobus dolo admisso, neuter de dolo agere potest. Sic deniq; compensatio fit negligentiae cum negligentia, hoc est, socio remittitur & condonatur negligentia quam in societate admisit, ob negligentiam in societate itidem à socio commissam. In-  
43 terdum quoq;, quod notandum est, compensationis verbum, pro imputatione sumitur, vt in l. Caius Seius, de pignor. actio. ibi Caius Seius ob pecuniam mutuam, fundum suum Lucio Titio pignori dedit. Postea pactum inter eos factum est, vt creditor pignus in compensationem pecuniae suæ, certo tempore possideret, hoc est, inter Caiū Seiū debitorem & Lucium Titium creditorem conuenit, vt Lucius Titius ad certum tempus pignus possideret, & fructus ex pignore perceptos in sortem computaret. Hoc significatur his verbis: Pignus in compen-

compensationem pecuniæ posside-  
ret, & fructuum imputatio in sorte  
semper fit, etiamsi à contrahenti-  
bus hoc expressum non fuerit. l. i.  
& l. 2. de pignor. actio. l. i. C. de  
distr. pignor. Nonnunquam com- 44  
pensatio significat cuiuscunque e-  
molumenti perceptionem ut in l. i.  
§. pacto placuit, de pignor. ibi fru-  
ctus dicuntur compensari cum vfu-  
ris, hoc est, percipi in locum vfur-  
rum. Deniq; compensatio signifi- 45  
cat deductionem, cum in Institutis  
dicitur compensationem fieri lucri  
& damni, in titulo de societate.  
Hoc enim dicitur ex lucro damnum  
deduci debere, quo facto lucrum e-  
rit quod supereft. Hoc amplius de- 46  
finitioni compensationis, eiusq; e. i.  
applicationi videtur obftare, quod in  
l. 2. C. eodem. dicitur solutū ex cauf-  
fa iudicati repeti non posse, nec et-  
iam compensari, eum autem qui iu-  
dicati conuenitur, compensatione  
vti posse. Loquitur Imperator

Antoninus generaliter de soluto  
ex caussa iudicati. Siue igitur ex  
caussa benè iudicati solutum quid  
fuerit, siue ex caussa perperam &  
malè iudicati, id quod solutum  
est non repetitur, nec etiam com-  
pensatur. Solutum autem ex cau-  
sa malè iudicati, natura debetur ab

**47** eo, cui solutum est. Indebitum enim  
fuit saltem natura. Et indebita so-  
luta ex parte accipientis fiunt na-  
tura debita. l. penult. C. de condic.  
indeb. Ibi talis proponitur facti  
species. Debet tibi Stichum aut  
Pamphilum sub alternatione. Hic  
mea est electio soluendi quē velim.

**48** In alternatiuis enim electio est rei,  
siue promissoris l. 10. s. fin. de iure  
dotium l. 2. s. Sc̄euola, de eo quod  
certo loco. Ego per errorem solui  
vtrumq; putans me vtrumq; debere  
cōiunctim. Quæstionis est an sicuti  
habui soluendi electionē si non er-  
rassem, ita etiam habeam electionē  
condicendi quē velim. Et quidē VI-  
pianus

pianus negauit me electionē habere. Tu ergo qui vtrūq; accepisti potes vnum eligere quem voles, eumq; mihi præstare. Et Vlpiani sententiā, Marcellus & Celsus probarunt atq; ita Imperator noster hic refert, & traditum est ab Vlpiano ipso in l. si non sortem s. penult. de condicō. indeb. Ratio verò Vlpiani hæc fuit, quod tu, qui ante solutionem creditor fuisti, vtroq; Sticho & Pamphilo soluto, factus es debitor, quoniam alterutrum reddere teneris. In alternatiuis autem vt dictum est, debitoris est electio. Tibi ergo electio datur, tibi datur arbitrium retinendi quem velles. d.l. si non sortem s. penult. de condicō. indeb. Papinianus contra sensit, me, qui vtrumq; per errorem solui, electionē habere condicendi quem velim. Codicō enim siue repetitio resolut solutionem atq; restituit mihi electionem quam ante solutionē habui, & Papiniani sententiā Saluius

Iulia-

Iulianus probauit. d.l.penult. C.de condic<sup>t</sup>. indebiti, & Iuliani sententia extat in l. cum lis, in princ. de condic<sup>t</sup>. indebiti. Ibi Iulianus refert, eum qui Pamphilum aut Stichum debet, si simul vtrunq; soluerit, nihil repetere posse, si alter ex his in rerum natura esse definit. Vt roq; ergo viuente, qui soluit, alter utrum repetere potest. Papiniani quoq; sententia Imperatori Iustiniano placuit, reiecta sententia Vlpiani, Marcelli & Celsi: Intelligitur itaq; ex hac lege, Indebitum solutū ex parte accipientis fieri debitum, saltem natura. Et quia solutum ex causa malè iudicati indebitum fuit natura, quippe malè iudicatū naturalem obligationem nō parit sicuti nec tollit. l. Iulianus, de condic<sup>t</sup>. indebiti, quemadmodum supra quoq; dictum est, consequenter sequitur, solutum ex causa malè iudicati ex parte eius cui solutum est, fieri natura debitum. At solutum

tum ex causa malè iudicati non repetitur, nec etiam compensatur. d.l. 2. C. de compensatio. Naturalia itaq; debita non compensantur. Hic ita respondendum est. Indebitum solutum ex parte accipientis fit natura debitum, hoc verum est, si solutum prorsus indebitum fuit. Solutio prorsus indebiti, naturalem obligationem parit ex parte accidentis, ex qua est condic<sup>t</sup>io quæ naturalis dicitur, l. indebiti, de condic<sup>t</sup>. indeb. & condic<sup>t</sup>io ex bono & æquo l. hæc condic<sup>t</sup>io, de condic<sup>t</sup>. indebiti. At solutum ex causa male iudicati, natura quidem indebitum est. Iure tamen ciuili debitum fuit ex causa iudicati. Et solutio eius quod aliquo saltem iure debetur, naturalem obligationē ex parte accipientis non parit. Ego itaq; quod solui ex causa male iudicati, repetere non possum, quia iure ciuili debitum solui. Non possum etiam solutum ex causa male iudicati

cati compensare, quia debitum accepisti, & ob id fieri non potest, ut natura mihi debeas. Sed rursus obijcitur definitioni compensationis tale argumentum. Quae peti non possunt, non compensantur. d.l.2.C.de compensat. Sed naturalia debita, non petuntur. Ergo non compensantur. Respondendum est hoc modo. In d. l.2.C.decompens.non agitur de petitione sed repetitione eius quod solutu fuit ex causa iudicati. Et aliud est petitio, longe aliud repetitio. Quod solutu non repetitur, non compensatur quoq;. At quod propter defectu actionis civilis peti non potest, quale est naturale debitu compensari potest. Sed rursum obijcitur quod pupillus sine tutoris autoritate naturaliter obligatur l. 1.de nouatio. l. si eius pupilli, ad Trebellia. l. si pupillus ad l. Falcidiā. At quod pupillus debet, compensari non potest, compensatio enim pro solutione est. l.3. h.t.l. si stipulatus essem s. i. de fideius. Et pu-

Et pupillus soluere sine tutore non potest. s. nunc ad monēdi Inst. quib. alienare licet vel nō. Inde igitur sequitur, naturalia debita non cōpen-  
sari. Respōdendū est hoc modo. Aut pupillus locupletior factus est & naturaliter obligatur II. supra ad-  
ductis. Aut non est factus locupleti-  
or, & nō obligatur naturaliter, l. na-  
turaliter s. fin. cum l. sequenti, de  
cōdictio. indebiti. l. pupillus de au-  
thor. tut. Et pupill⁹ locupletior fa- 52  
ctus rectē soluit, quia & in cū datur  
actio. l. pupill⁹, de auth. tut. Hoc et-  
iā quod pupillus locupletior factus  
debet, rectē cōpensatur, aliās secus  
est. Ita est textus in l. 3. s. pupillus de 53  
negotijs gestis. Ibi ICtus inquit, pu-  
pillus si negotia gesserit post rescri-  
ptū Diui Pij, etiā conueniri potest  
in id, quod factus est locupletior,  
agendo autem compensationem e-  
ius quod gessit, patitur. Obijcitur 54  
tursus l. creditores de verb. signific.  
Ibi ICtus dicit creditores non  
esse

esse quibus natura debetur, vnde consequitur, debitores etiam non esse, qui natura debent, siquidem creditores & debitores sunt relatiua & correlatiua, vt supra monui. In definitione itaq; compensatio-  
nis per debitum & creditum, natu-  
rale debitum & creditum non intel-  
ligitur. Respondeo, debitores non  
sunt qai natura debent, nec credi-  
tores quibus natura debetur, quod  
ad facultatem & potestatem exigé-  
di sive petendi attinet. Naturalia  
enim debita propter defectum a-  
ctionis ciuilis peti non possunt.  
Alias autem debitores & credito-  
res sunt etiam qui natura debent,  
55 quibusuè natura debetur. Nec his  
quicquam obstat l. pupillus, de au-  
tor. tutor. vbi in pupillum natura-  
liter obligatum datur actio. Nam  
hoc est ex singulari rescripto Diui  
Pij, vt traditur in d.l.pupillus, & d.  
l. 3. §. pupillus, de negotijs gestis.  
56 Rursus naturalia debita non com-  
penfa-

pensari, probatur ad hunc modum. Compensatio & solutio comparantur. Compensatio enim pro solutione est. Sed naturalia debita non rectè soluuntur l. qui exceptionem l. interdum, de condicō. indebiti. Inde igitur sequitur, naturalia debita etiam non compensari. Respondeo, Lex qui exceptionem de condicō. indeb. loquitur de naturalibus debitibus quæ per exceptionem perimuntur. Ut si mulier intercessit & soluit, solutum potest repetere propterea quod per exceptionem Velleianam, quam mulier habet, naturalis & ciuilis obligatio, qua mulier tenebatur, perimitur, vt supra latius est expositum. Et in d.l.interdum, de condicō. indebiti. agitur de pupillo qui non fuit locupletior factus. Hic non obligatur naturaliter & propterea etiam non rectè soluit, sed si soluerit, solutum potest repetere. Denique obijcitur, quod non compen-

E fiantur

santur quæ retineri non possunt.  
 Compensatio enim retentio est. l. si  
 stipulatus essem §. i. de fideiussor. Ibi  
 dicitur nostri interesse potius reti-  
 nere pecuniam, quam solutam re-  
 petere. Sed naturalia debita etiam  
 soluta non retinentur l. cum is. §. i.  
 de condic. indebiti. Igitur natura-  
 lia debita etiam non comp̄santur.  
 Respondeo, hic quoq; minor propo-  
 sitio loquitur de naturalibus debi-  
 tis, quæ per aliquā exceptionē per-  
 petuam peti non possunt. Nam in  
 d. l. cum is. §. i. de condic. indebiti  
 agitur de fideiussore qui pactus est,  
 ne pecunia à se peteretur. Hic sua  
 exceptione tutus est, inquit ICtus,  
 hoc est, hic habet exceptionem per-  
 petuam pācti conuenti, quæ natu-  
 ralem obligationem cum ciuili qua  
 fideiussor tenebatur, perimit: Ideo-  
 que si fideiussor per imprudentiam  
 soluerit cōdicere poterit. Et de ex-  
 ceptione pācti conuenti de non pe-  
 tēdo, supra copiosius egimus. Nunc  
 ad ca-

CAP. II. DE REB. QVAE Compens. &c. si  
ad caput secundum quod sub hoc  
titulo proponitur accedemus.



## CAPVT SECUNDVM.

### De rebus quæ compensari possunt.

1. Sola pecunia potest compensari.
2. Pecuniae strictissima significatio quænam sit.
3. Pecuniae latior significatio explicatur.
4. Pecuniae significatio in l. unica. C. de prohibit. pecun. sequestracione.
5. Pecuniae verbum latissimam interdum significationem habet.
6. Pecuniae verbum quomodo in hac materia acipiatur.
7. Quantitatis verbo omnes res, constantes pondere, numero & mensura continentur.
8. Respondere, numero, & mensura constantes, cur quantitates dicantur.
9. Quare sola quantitas & sola pecunia compensetur.
10. Aliud pro alio inuito creditoris solui non potest.

11. In compensatione non inspicitur causa ex qua quantitas debetur.
12. Compensatio ex pari specie, ex causa pari vel dispari admittitur ex veterum sententia.
13. Nihil impedit compensationē quantitatis imparitas.
14. Corporum cum quantitate non est compensatio.
15. Referuntur Duareni argumenta, quibus ille probat, corporum etiam fieri posse compensationem & ibi argumentum primum.
16. Secundum Duareni argumentum desumptum ex §. in bonae fidei Inst. de Actionibus.
17. Tertium Duareni argumentum.
18. Quartum Duareni argumentum.
19. Quintum Duareni argumentum.
20. Sextum Duareni argumentum.
21. Dissoluuntur & refutantur omnia Duareni argumenta.
22. Explicatur l. si non sortem, §. sic censum, De condicēt. indebiti. quæ pro Duareni sententia facere vide-  
tur.
23. Dis-

23. Dissoluitur aliud argumentum pro Duarenī sententia prolatum ex l. fin. C. de compensatio.
24. Aliud argumentum pro Duarenī sententia allatum refutatur.
25. Dissoluitur aliud argumentum, quo probari videtur, compensationem non fieri ex specie pari.
26. Refertur & reūcitur argumentum aliquod, quo probatur, quantitatis dissimilitudinem vitiare compensationem.
27. In iuto creditori pars non recte solvitur.
28. Compensatio fit per viam retentionis, solutio per viam dationis.
29. Compensatio à lege fit, solutio ab homine.

Xposita definitione compensationis, proximum est, ut videamus quæ res compensari possunt. Et quidem leges sub hoc titulo nostro propositæ de quantitate loquuntur & de

- & de pecunia. Sic in Codice sub titulo de compensationibus, Imperatores pecuniæ & quantitatis mentionem faciunt. Sola igitur pecunia & sola quantitas comp̄sari potest.
- 2 Pecunia interdū strictissimè sumitur pro pecunia numerata tantū, vt in titulo ad Sctum Macedonianū in n. & C. Et cum dicitur in Scto Macedoniano, placere ne cui qui filiofamilias mutuā pecuniā dedisset etiā post mortem parentis eius, cuius in potestate fuisset, actio petitioq; datur, vt scirent, qui pessimo exemplo fœnerarent, nullum posse filiofamilias bonum nomen expectata patris morte fieri. Verbum pecuniæ ad numeratam pecuniam referatur. I. item si filius familiās s. mutuationem, ad Sctum Velleianum.
- 3 Interdum pecunia sumitur latius, pro rebus constantibus pondere, numero, & mensura, vt in illa vulgarī clausula quæ testamentis olim adscribi solebat. Quas pecunias legauis,

gaui, quibus dies appositus non est,  
eas annua, bima, trima die heres  
meus dato. I. talis scriptura, de le-  
gat. I. Sic pecunia sumitur pro re-  
bus, pondere, numero & mensura  
constantibus in edicto prætoris de  
constituta pecunia, authore Iusti-  
niano. in l. 2. C. de constitu. pecu. Ita 4  
quoq; sumitur pecunia in titulo C.  
de prohib. pec. sequestratione. Ac-  
cursius quidē pecuniam ibi latè ac-  
cipit, sed tantū pecuniā ibi accipe-  
re oportet pro rebus, constantibus  
pondere, numero & mensura. Harū  
enim rerū sequestratio prohibetur;  
Cæterarū rerū mobiliū, & de quib⁹  
lis est fit sequestratio, cuius rei ratio  
hæc est, quod res quæ certū habent  
corpus, facile interuerti & corrum-  
pi possunt, & ideo pédente liete col-  
locantur in tuto apud sequestrum  
exigente aduersario. At qui pecu-  
niā debet, hoc est, res pondere,  
numero, & mensura constantes, cer-  
tum corpus non debet. Ideoque

E 4 res,

res, pondere, numero & mensura  
 constantes non sequestrantur. Non  
 5 nunquam pecunia latissimè sumi-  
 tur, ita ut non solùm pecuniam nu-  
 meratam comprehendat, aut res,  
 pondere, numero, & mensura con-  
 stantes, sed omnem omnino pecu-  
 niā, hoc est, omnes res tam soli quā  
 mobiles, tam iura, quam corpora l.  
 pecuniæ nomen l. pecuniæ verbum,  
 l. pecuniæ appellatione, de verbo-  
 rum signific. Et ita latissimè sumi-  
 tur pecunia in illa lege 12. tabularū,  
 paterfamilias vti super pecunia tu-  
 telaue suæ rei legassit, ita ius esto.  
 Vlpian. in fragment. tit. II. de tute-  
 lis. Cornificius in I. ad Herenni.  
 §. I. Institu. ad l. Falcidiam. Nouell.  
 22. de his qui nuptias iterant. Ad  
 eundem modum latissimè sumitur  
 pecunia in l. Falcidia, Quicunque  
 ciuis Romanus post hanc legem ro-  
 gatam testamentum faciet, is quan-  
 tam cuiq; ciui Romano pecuniam  
 iure publico dare, legare volet, ius  
 pote-

potes tasque esto. l.i.ad l.Falcidiam.  
Hc cum dicimus, solam pecuniam 6  
compensari, pecuniam in media si-  
gnificatione accipimus, pro rebus,  
pondere, numero, & mensura con-  
stantibus. Hæ res in iure dicun-  
tur quantitates. Zasius quidem a-  
libi tradidit, quantitatis verbo so-  
lam pecuniam numeratam à Ictis si-  
gnificari. Et quamvis verū sit Ictos 7  
quantitatem cum nominant, sèpius  
intelligere pecuniam numeratam  
tantùm, tamen quantitatis appella-  
tionē non solum pecunia nume-  
rata continetur, sed omnes res quo-  
que quæ constant pondere & men-  
sura, ut alibi expositum est. Huius-  
modi sunt vinum, oleum, frumentū,  
hordeum, triticum, auena, argen-  
tum, aurum, pecunia numerata, &  
res similes quas ponderare, mensu-  
rare & numerare solemus. Hæ res  
dicuntur pondere, numero, & men-  
sura constare, quia in pari pondere,  
pari numero & mensura semper æ-

quiualent & tantundem præstant.  
Vnus enim modius frumenti, her-  
dei, tritici, auenæ, tantum valet,  
quantum alius modius eiusdem fru-  
menti, hordei, tritici, auenæ. Vnus  
florenus, tantum valet, quantum ali-  
lius. Vnus thalerus item tantundem  
quantum alius thalerus. Hæ res,  
mutuam functionem recipiunt, vna  
alterius vice fungitur, tantum utili-  
tatis ex vna re percipi potest, quan-  
8 tum percipitur ex alia. Quantitates  
verò appellantur, non quod vinum,  
oleum, triticum, hordeum, frumen-  
tum, auena, aurum, argentum sint  
quantitates ut Dialectici loquun-  
tur, sed quod hisce rebus debitis  
quantitatem spectemus, veluti, pon-  
dus, numerum & mensuram, non  
certum aliquod corpus. Ut qui vi-  
num, oleum, frumentum debet,  
vel pecuniam numeratam, certa  
corpora non debet. Nec enim hoc  
vel illud frumentum debet, vel vi-  
num aut oleum hoc vel illud, vel et-  
iam

iam pecuniam hanc vel illam. Sed ex vino, oleo, frumento, & pecunia numerata, ubique vinum, oleum, frumentum vel pecunia numerata haberi potest, eligere potest vinum, oleum, frumentum aut pecuniam quam præstet. Idcirco <sup>9</sup> verò sola pecunia, aut sola quantitas compensatur, quia compensatio est solutio, & qui compensat, solvere dicitur, ut supr. dictum est. Solutio autem omnis ita facienda est, ut creditor suum consequatur, ut creditor habeat, quod sibi debetur. Creditor non debet plus consequi, quam sibi debeatur, neq; etiam minus. Plus non debet consequi, quia damno afficeretur debitor, & creditor locupletaretur cum alterius iactura, quod esse non debet. I. nā hoc natura, de condic. indeb. I. iure naturæ, de reg. Iuris. Minus etiam quam sibi debetur creditor nō debet consequi, quia ipse laceretur. In sola autem quantitate, & in solis rebus, ponde-

pondere, numero & mensura constantibus evenit, vt quis, quod sibi debetur, consequatur, ita vt neque plus neq; minus quam debetur habeat. Quare sequitur solam quantitatem duntaxat compensari, compensari tantum res, pondere, numero, & mensura constantes quia huiusmodi res, vt dictum est, in pari pondere, pari numero, & mensura  
 10 pari æquivalent. Aliæ res ideo non compensantur, quia aliud pro alio inuito creditor i solui non potest.  
 1.2. de rebus creditis. Si igitur tibi vinum debeam, oleum aut frumentum vel etiam pecuniam numeratā, & tu mihi vicissim debeas, vinum, oleum, frumentum, veletiam pecuniam numeratam, vinum cum vino, oleum cum oleo, frumentum cum frumento & pecunia cum pecunia compensabitur, eo non inspecto,  
 11 vtrum ex eadem caufsa debeas ex qua tibi debeo, an verò non. Nam si tibi debeam ex mutuo decem modios

dios frumenti, hordei, tritici, aue-  
næ, aut decem thaleros. Et tum  
hi vicissim debeas decem modios  
frumenti, hordei, tritici, auenæ aut  
decem thaleros, ex venditione, aut  
quacunque alia ex caussa, frumen-  
tum cum frumento, hordeum cum  
hordeo, triticum cum tritico, aue-  
na cum avena, thaleri cum thaleris  
compensabuntur. Et hoc est quod  
veceres dixerunt compensationem 12  
ex pari specie, ex caussa pari vel dis-  
pari admitti. Paulus in 2. senten-  
tia. titu. 5. Ex pari specie fit com-  
pensatio, quia oleum cum oleo, fru-  
mentum cum frumento, vinum cū  
vino, thaleri cum thaleris compen-  
santur. Ex caussa pari, cum mihi ex  
mutuo debes, & ego itidem tibi. Ex  
caussa dispari, cum mihi ex mutuo  
debes & ego tibi ex vendito. Nihil  
quoque interest, quantitates, que 13  
hinc inde debentur, pares sint an  
impares. Nam si tibi debeam cen-  
tum, tu mihi quinquaginta, con-  
curren-

currentes apud vtrumq; quantitätes compensantur. Sic enim Vlpianus respondit. Cum alter alteri pecuniam sine vsuris, alter vsuram debet, constitutum est à Diuo Seuero, concurrentis apud vtrumq; quantitatis, vsuras non esse præstandas. I. cum alter alteri, hoc titulo nost. Et si inuicem sit vsuraria pecunia, diuersæ tamē vsuræ compensatio nihilominus locum habet eius quod inuicem debetur, I. idem iuris, h.t.n. Sic Imperator Alexander rescripsit, pecunia inuicem debita, cōpensationem fieri quoad concurrentes quantitates. I. 4. C. eod. Ex his necessariò sequitur, corpora cum corporibus aut cum quantitate non compensari, quod nominatim etiam à Paulo traditum est in I. si conuenerit vt nomen, dc pign. aetio. Si conuenerit inquit Ictus, vt nomen debitoris mei tibi fit pignori, tuenda est à prætore hæc conuētio, vt & te in exigenda pecunia & debi-

<sup>14</sup>

debitorem aduersus me, si cum eo experiar tueatur. Ergo si id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniā recompensabis. Si verò corporis alicuius, id quod acceperis erit tibi pignoris loco. Sic ab Imperatore est rescriptū, si ex pecunia, quā deposueras is apud quem collocata fuerat, sibi possessiones cōparauit, ipsiq; traditæ sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdā ex his cōpensatio-  
nis cauſſa ab inuitō eo in te trāſferri iniuriosum est. I. si ex ea pecunia,  
C. de rei vind. Et inquit Ictus, dimi-  
nutionē corporis propter pecuniā non fieri, idq; absurdū esse, in l. quod dicitur, de impensis in rebus dotalibus factis. Verū hanc sententiā Franciscus Duaren⁹ oppugnat. in l. 15  
7. §. ob donationes, soluto in atrim. quemad. dos petatur. Primū inquit Duarenus, maritus vxori reddere debet fructus post diuortium per-ceptos, verū si quid vicissim ei ab uxore debeatur ob res puta dona-

donatas aut amotas fiet compensatio. d.l.7.s.ob donationes, solu·ma·tri. &c. Hic fructus compensantur cum rebus donatis & amotis. At fructus & res donatæ ac amotæ non sunt quantitates. Solæ igitur quantitates inter se non compensantur.

- <sup>16</sup> Deinde adducit Duarenus s. in bonæ fidei, Institu. de actio. Ibi Iustini·nianus inquit, si quid auctorem in uicem præstare oporteat, eo compensato, eum cum quo agitur, in reliquum condemnari oportere. Hæc verba sunt generalia, quæ ita, inquit Duarenus, accipi non pos-  
sunt, vt compensatio nunquam lo-  
cum habeat, nisi quantitas vltro ci-  
troque petita fuerit. Species igi-  
<sup>17</sup> tur etiam compensatur. Tertiò ne quis dicta Iustiniani verba, de quā-  
titate tantūm, non etiam de specie  
accienda putet, adfert Duarenus  
in medium l. si is qui rem, de furtis.  
Ibi dicitur commodatarium, qui  
impensas necessarias fecit in rem  
com-

commodatam, eas per retentionem seruare posse. Nec inquit Duarenus eo moueri debemus quod in d. l. si is qui rem, retentionis non etiā compensationis fiat mentio, quoniam Icti promiscuè his verbis v- tuntur. Quartò ait Duarenus se <sup>18</sup> moueri Iustiniani constitutione hoc est, l. vltima. C. de compensat. Hæc lex admittit compensationem in omnibus actionibus, tam in rem quam in personam. Actionibus autem in rem species & corpora vin dicamus non pecuniam, nisi ut species magis quam vt quantitas pe- tatur. Et sic in explicatione defini tionis compensationis supra dixi mus, debitum significare etiā quod nostrum est, sed ab alio possidetur. Inde igitur relinquitur non solum quantitates compensari, sed etiam species & corpora. Quintò ita ar- gumentatur Duarenus. Iustinianus Imperator in d.l.vlt.C.de compens. excipit eum qui possessionem alie-

nam per vim occupauit. Hic compensatione vti non potest. Frustra autem Iustinianus cum qui possessionem per vim occupauit exciperet, si possessionis hoc est, prædij compensatio non admitteretur. Corpora igitur non minus quam quantitates cōpensantur. Sextò hanc sententiam iuuare affirmat Duarenus quod Scæuola scribit. Si debeas decem aut hominē, vtrum aduersari⁹ volet, ita debiti compensationē admitti, si aduersarius palam dixisset, vtrum voluisset. I. si debeas, h. t.n. Ecce Scæuola hic permittit compensationem si aduersarius dixerit se hominem velle. Et cū homo species sit siue corpus, sequitur corpora etiam compensari. Hæc & similia argumenta Franciscus Duarenus in medium adfert, ijsq; contra communē & receptam ab omnibus Dd. sententiam conatur defendere, non quantitates tantum compensari, sed etiam corpora. Sed breuiter ad hunc

ad hunc modum respondendum est.

In ll. nostris s<sup>x</sup>p<sup>i</sup>us cum de corporib<sup>z</sup> agitur, compensationi locus esse dicitur, sed hoc ita accipendum est, ut corpora prius ad æstimationem redigantur. AEstimationis concurrentes quantitates compensantur. Et sic ex Iustiniani constitutione in actionibus realibus, compensatio locum habet non quod res, quæ vindicantur compensentur, sed res æstimantur, & æstimatione facta, veniant in compensationem non res ipsæ, sed quantitates. Sed huic solutio- 22 ni videtur aduersari, quod in l. si non sortem s. si centum, de condic<sup>t</sup>. indeb. is qui centum debebat soluit fundum æstimatum, & obligatio nihilominus incorrupta manet, & qui soluit, fundū potest condicere. Inde ita infertur. Solutio non recte fit corporib<sup>z</sup> æstimatis. Ergo non fiet etiam cōpensatio corporibus æstimatis quia cōpēsatio pro solu-

tione est. Ad hanc obiectionem ita respondere oportet. In d. l. si non sortem s. si centum, de condic. indeb. ideo fundus æstimatus non recte soluitur, quod is qui centum debebat, soluit fundum ducentis æstimatum, ex falsa debiti quantitate, vt Ictus inquit, quasi ducenta debet. Hic incorrupta manet obligatio, ne debitor inuitus in communionem pertrahatur. d. l. si non sortem s. si centum, de condic. indeb. quæ plerunque multa incommoda adfert & discordias parit. l. 3. famil. hercif. At cum quis sciens se centum debere, in fundo æstimate ducentis, soluit centum, eaq; creditor volens recipit, recte solutio fit, & liberatio contingit.

**23** Sed obijcitur rursus. Corpora deposita non compensantur l. vlt. C. de compens. & quidem sola corpora deponuntur, non quantitates l. Lucius Titius, depositi. Ibi Ictus inquit, Nummis datis, depositum contra-

contrahi, si id actum fuerit, ut corpora nummorum eadem redderentur. Nam si ut tantundem solueretur, conuenit, egreditur ea res notissimos depositi terminos. Inde sequitur corpora ex alijs contractibus debita compensari posse, alias frustra de corporibus depositis specialiter & nominatim traditum esset, ea non compensari. Respondendum est hoc modo. Quod dicitur actioni depositi, compensationem non obijci, siue quod idem est, corpora deposita non compensari, hoc ita intelligitur, ut compensatio non procedat, etiam tunc, cum corpora deposita aestimari facile possunt. Hoc quoq; casu compensatio cessat, & ei qui depositus & rem depositam reposcit, compensatio a depositario, quod deponens vicissim ipsi debeat, obijci non potest. Secus est in corporibus debitibus ex alia causa. Nam corporibus aestimatis compensatio procedit. Rursus in-

statur hoc modo. Si solæ quantita-  
**24** tes siue res , pondere , numero &  
 mensura constantes compensantur ,  
 compensatio in solo mutuo locum  
 habebit , quia mutuum consistit in  
 sola quantitate , siue in solis rebus  
 constantibus pondere , numero &  
 mensura l.2. de reb. credit . Sed hoc  
 falsum est . Nec enim in solo mutuo  
 compensatio admittitur sed ex qui-  
 buscunq; contractibus quantitas  
 debeatur , rectè fit compensatio ut  
 in definitione compensationis sup.  
 expositum est . Inde igitur relinqui-  
 tur solas quantitates non compen-  
 sari . Respondendum est hoc modo .  
 Maior propositio vera non est Quā-  
 uis enim solæ quantitates compen-  
 santur , mutuum etiam in sola quan-  
 titate consistit , tamen inde non  
 rectè infertur compensationem in  
 solo mutuo locum habere . Nec e-  
 nim tantum ex mutuo , quantita-  
 tes , siue res , pondere , numero &  
 mensura constantes , debentur , sed  
     etiam

etiam ex alijs contractibus. Hoc amplius quod diximus compensationem fieri ex specie pari ita impugnatur. Compensatio pro solutione est. At pecunia recte soluitur pro auro & argento l. i. s. fin. l. Titæ amicæ meæ, in princ. de auro & argento legat. Pecunia autem constat numero, aurum & argentum pondere. Ergo pecunia recte compensatur cum auro & argento, sicque compensatio fit non tantum ex specie pari, sed etiam dispari. Respondendum est hoc modo. In l. i. s. fin. & l. Titæ amicæ meæ in pr. de auro & argento legato, aurum & argentum fuit legatum. Et auro ac argento legato non tam pondus videtur legari, quam pecunia quæ respondeat auro & argento legato. Et sic circa pro auro & argento legato, recte pecunia soluitur numerata & sic recte aurum & argentum legatum cum pecunia compensatur, cum pecunia ut dictum est legata videatur.

deatur. Aliás cum aurum & argen-  
tum pro pondere sumitur non pro  
pecunia, pecunia cum auro & ar-  
gento non compensatur, quia com-  
pensatio fit ex specie tantum pari,  
26 vt supr. dictum est. Denique ei  
quod diximus compensationem  
fieri cum quis centum debet, & ei  
vicissim debentur quinquaginta,  
siue pecunia vtrunq; vsuraria fue-  
rit siue non, obijcitur tale argumé-  
tum. Alteri per alterum iniqua con-  
ditio inferri non debet. Sed si com-  
pensatio admittitur cum debeo ti-  
bi centum sub vsuris, & tu mihi  
quinquaginta sine vsuris, tibi per  
me iniqua conditio infertur: Tibi  
enim vsuræ decadunt, mihi econtra  
vsuræ non decadunt, cum pecunia  
quæ mihi à te debetur, non sit vsu-  
raria. Videbatur igitur dicendum,  
compensationem hoc casu non pos-  
se fieri. Hic minor propositio ne-  
ganda est. Nec enim tibi iniqua  
conditio infertur, cum pecunia  
quam

quam tibi sub usuris debedo, compensatur cum pecunia quam mihi sine usuris debes. Tu enim usuras totius fortis percipis, ad id usque tempus, quo mihi vicissim debere cœpisti. Ex eo tempore non debui tibi nisi quinquaginta, reliqua quinquaginta sunt compensata, & pecunia compensata pro soluta est, & ob id sicuti solutæ ita compensatæ pecuniæ usuræ amplius non debentur. I.eos C.de usuris. At vicissim obijcitur quod inuito creditori, partem soluere non licet. I. tutor, §. 1. de usuris. At si cum debedo tibi centum & tu mihi vicissim incipis debere quinquaginta, compensatio fit concurrentis quantitatis, tunc tibi inuito partem soluo. Hoc igitur admittendum non est. Ad hanc obiectionem Sebastianus Medices in tractatu de compensat, quæstio. 41. ita respondet. Solutio fieri non potest pro parte. Compensatio rectè fit, quia compensa-

F 5 tio fit

tio fit per viam retentionis, solu-  
29 tio per viam dationis. Nos amplius  
dicemus solutionem fieri ab homi-  
ne. Compensationem à lege. Ideo-  
que debitor inuito creditor i par-  
tem non rectè soluit. At lex hoc  
facere potest ut creditor inuitus  
partem in solutū accipere cogatur,  
& compensatio fit à lege, ut in se-  
quenti capite dicemus.



## CAPVT TERTIVM.

Quomodo fiat compensa-  
tio.

1. Compensatio fit ipso iure.
2. Verba hæc, ipso iure, non uno modo in  
iure accipiuntur.
3. Quomodo compensatio hic dicatur ipso  
iure fieri.
4. Olim in iudicijs bonæ fidei tantum  
compensatio ipso iure fiebat.
5. Explicatur s. in bonæ fidei, instit.  
De actionib.

6. Cap

6. Cur D. Marcus rescripsit, compensationem, in strictis iudicij, dolim exceptione opposita, admittendam esse.
7. Exceptio dolii mali facit bonae fidei iudicium.
8. Post D. Marcum reliqui Icti compensationem etiam in iudicij strictis ipso iure receperunt.
9. Explicatio l. 4. C. De compensationibus, ab Accurso tradita.
10. Explicatur l. cum alter alteri ff. De compensationib.
11. Alexander Imperator unde Seucrus dictus fit.
12. Explicatur l. fin. C. De compensationib.
13. Explicantur quedam ll. quibus probari videtur, ipso iure non fieri compensationem.
14. Possessio in iure propradio accipitur, idq. Ictis & Imperatoribus usitatum est.
15. Exceptio est actionis exclusio.
16. Obligatio est mater actionum.
17. Non entis non sunt qualitates.
18. Nulla

18. Nulla in iure est exceptio facti, quamuis pragmatici contrarium sentiant.
19. Opponere compensationem, non est obijcere exceptionem compensationis, sed allegare, compensationem ipso iure factam.
20. Explicatur l. 5. ff. De compensationib. ex qua itidem quidam affirmant, ipso iure compensationem non fieri. & nu. 23.
21. Iure P. & C. integrum fuit creditori, virum reum principalem, an vero fideiussores conuenire vellet.
22. Iure P. & C. creditor potest cum reo principalib. & cum fideiussoribus simul agere.
24. Quilibet potest iuri sibi competenti renunciare.
25. Explicatur l. 2. ff. De compensationib.
26. Quotiescumq; ipso iure quid factum est, necesse est, ut id ipsum allegetur & dicatur, si modo quis juris beneficio uti velit.
27. Falcidia rescat legatum ipso iure.

28. Ex-

28. Explicatur l. Labeo. De compensat.  
*ex qua itidem quidam colligunt,  
compensationem non fieri ipso iure.*
29. Explicatur l. viiles §. fin. De petit.  
*hered. ex qua idem probari vide-  
tur, & nu. 30.*
31. Petitiō hereditatis olim non erat bo-  
nae fidei actio, sed ab alijs pro bona  
fidei actione habebatur, ab alijs  
pro actione stricti iuris.
32. Iustinianus eam bona fidei actionem  
fecit.
33. Dissoluitur Tindari argumentum, ex  
l. 1. §. fin. Quae sentent. fin. appellat.  
rescind. deductum, quo is probare  
conatur, compensationem non fieri  
ipso iure.
34. Explicatur l. 6. C. De compensationi-  
bus.
35. Appellatione interpolata, index nullo  
modo ad executionem rei iudicata  
procedere potest.
36. Explicatur l. unum ex familia §. sed  
si uno, De legat. 2. ex qua itidem  
nonnulli probare volunt, confron-

sationem non fieri ipso iure.

37. Hodie doli exceptio inest etiam iudicij strictis, quod olim securus erat.

 Peræ pretium iam est videre, quomodo compensatio fiat. Et quidem compensatio ipso iure fit. Ita enim traditum est ab Vlpiano in l. si ambo, s. i. h. t. n. ibi alter sociorum ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam adhibuit, quæ eadem quantitate æstimatur, & Vlpianus respondit, compensationem factam videri, & ipso iure inuicem liberationem. Idem quoque tradidit Paulus in l. posteaquā h.t.n. Ibi Paulus inquit, placuisse inter omnes id quod inuicem debetur, ipso iure compensari. Et ideo subiicit Paulus, si procurator absentis conueniatur, non debet de rato cauere, quia nihil compensat, sed ab initio minus ab eo

eo petitur. Hic idem Paulus, in l. verum est, hoc tit. nostro, ostendit, ipso iure compensationem fieri. Loquitur ibi Paulus de fidei ussore, eumque ipso iure eo minus affirmat ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest. Alexander quoq; Imperator in l. 4. C. eod. rescripsit: pecunia in uicem debita, ipso iure compensationem fieri. Et Imperator noster Iustinianus in princip. l. finalis C. eod. affirmat, compensationē fieri ipso iure in omnibus actionibus, tam in rem quam in personam. Hæc autem verba, ipso iure, non uno modo semper accipiuntur. Interdum opponuntur iuri prætorio, & tunc verba, ipso iure, ius ciuile significant. Ita hæc verba accipiuntur, in l. 1. Quibus modis vſusfruetur, cum dicitur: Vſum fructum capitis diminutione amitti, & parui referre, iure sit constitutus an tuitione prætoris.

Eodem

Eodem modo hæc verba accipiuntur in l. 9. vsumfructuar. quemad. caueat. Ibi Ictus inquit: vsumfructuarium cauere debere, siue ipso iure vsumfructum habeat, siue per tuitionem prætoris. Sic cum dicitur, seruitutes iure prætorio constitutas, ad exemplum earum, quæ ipso iure constitutæ sunt, utilibus actionibus peti l. i. in fin. de superficie. hæc verba, ipso iure, ius ciuile significant. Hic cum dicimus compensationem ipso iure fieri, hoc dicimus, fieri compensationem legis ipsius vi & potestate, nullo hominis facto interueniente: Quod, ut rectius intelligatur, exemplo declarabo. Pone, debes mihi centum, ego postea tibi vicissim incipio debere 50. Hic compensatio fit ipso iure, hoc est, legis ipsius vi & potestate: Lex enim facit, ut tu ex eo statim tempore, quo tibi cœpi debere quinquaginta, mihi non amplius debeas centum, sed quinquaginta tantum:

tantum. Reliqua quinquaginta, quæ mihi debebas, ipso iure compensata fuerunt, cum quinquaginta quæ tibi debebam. Ideoq; si vsuras in centū mihi promisisti, iam non amplius in centum vsuras debes, sed in quinquaginta duntaxat, d.l.4. C. de compensat. l. cum alter alteri, cum l. seq. h.t.n. l. eius quantitatis, C. de solut. & liberat. Et si ego petam à te postea centum, pœnam plus potentium incido. Paulus in 2. sent. tit. 5. Tu quoq; si soluas centum, posteaquam ipso iure compensatio facta est, 50. potes repetere quasi indebitè soluta, d.l. si ambo s. si quis igitur, h.t.n. Fiebat 4, autem olim compensatio ipso iure, non in omnibus pariter iudicijs, sed in iudicijs bonæ fidei tantum: In iudicijs strictis ipso iure non fiebat, quemadmodum ex s. in bonæ fidei, Institut.de actio. satis intelligitur. In illo s. Iustinianus docet in bonæ fid. iudicijs, judicem considerare

rare debere, num actor Reo, à quo quid petit, vicissim quid præstare debeat. Nam, compensatione facta eius quod inuicem debetur, in id tantum quod supereft, in id quod reliquum eft, Reum condemnabit. Loquitur Imper. de bonæfidei iudicijs, & in ijs compensationem locum habere ostendit. Aliud igitur in iudicijs strictis obtinet, quæ bonæfidei iudicijs opponuntur, §. actionum autem, Institut. de Actionibus. Et nē de eo dubitatio vlla eſſe poffit, In ſpecie Imper. Iustinianus in d. s. in bonæfidei Institu. de Actio. De iudicijs strictis agit, & ostendit, iudicem in stricti iuris iudicijs non aliter compensationis rationem habere posse, quam si reus conuentus, actori dolii mali exceptionem oppoſuerit, dicendo, dolo malo actorem facere, quod centum petat, cum vicissim ipſi Reo debeat ex

ſtipu-

stipulatu quinquaginta. Hac exceptione doli mali à Reo conuen-  
to opposita, potest iudex, actore  
centum ex stipulatione à Reo pe-  
tente, eius quod inuicem acto-  
rem Reo præstare oportet, ratio-  
nem habere, & Reum non incen-  
tum quæ ab actore petita sunt con-  
demnare, sed tantum in quinqua-  
ginta, reliquis quinquaginta com-  
pensatis. Sic enim Iustinianus  
inquit: In stricti iuris iudicijs ex  
rescripto Diui Marci, opposita  
doli mali exceptione, compensa-  
tio inducebatur. d.s. in bonæfidei  
versi. sed & in stricti iuris, Institu-  
de action. In bonæ ergo fidei iu-  
dicijs, compensatio, ut dictum est,  
ipso iure fiebat. In iudicijs strictis,  
compensatio non admittebatur;  
sed primum Diuus Marcus oppo-  
sita doli mali exceptione, in iudi-  
cijs strictis compensationem admi-  
lit, quod notandum est. Alibi quidé à

Ictis traditur, compensationem  
doli mali exceptione mediante, lo-  
cum habere, sed nusquam D. Marco  
hoc tribuitur. I. qui non militabat,  
de hered. institu. I. Nefennius A-  
pollinaris, Ad l. falcidiam, I. si ope-  
ra, de doli mali except. Ideo verò  
D. Marcus Imperator, compensa-  
tionem in strictis quoq; iudicijs do-  
li mali exceptione opposita admit-  
tendam esse rescripsit, quod exce-  
ptio doli mali semper bonæfidei iu-  
dicium facit: Ita textus est in l. Seia  
in princip. de mortis caussa donat.  
Ibi Seia bonis suis, traditionibus  
factis, Titio cognato donationis  
caussa cessit, & vsumfructum sibi re-  
cepit, conuenitq; vt si Titius ante  
ipsam vita deceperet, proprietas  
ad eam rediret, & si postea, super-  
stitibus liberis Titij, mortua esset,  
tunc ad eos bona pertinerent. He-  
redes Lucij Titij, Titio mortuo, res  
singulas Seiæ vindicarunt; Ictus  
Papinianus inquit, heredibus Lucij  
Titij

Titij doli exceptionem non inutiliter opponi posse. Dolo enim heredes Lucij Titij faciunt, quod Lucio Titio mortuo, res singulas Seiæ vindicant, cum inter Lucium Titium & Seiam donatricem conuenierit, ut si Lucius Titius ante Seiam mortuus esset, proprietas ad Seiam rediret: Doli itaq; exceptio, hcre-dibus Titij opponi potest. Et postquam Papinianus hoc tradidit, mox subiicit, bonæ fidei autem iudicio constituto, quæritur. Papinianus igitur expressis verbis tra-dit, doli exceptionem oppositam, bonæ fidei iudicium constituere. Cuiacius lib.3. obseruatio. cap.17. Iudicio bonæ fidei per exceptionē doli mali constituto, compensatio procedit, quia in bonæ fidei iudi-cijs, compensatio semper locum habuit, & quidem vt dictum est, ipso iure. Post Diuum Marcum lcti et iam in iudicijs strictis compensa-tionem ipso iure receperunt. l. po-

steaquam hoc tit. nostro. Ibi Paulus  
Ictus inquit; placuisse inter omnes  
id quod inuicem debetur, ipso iure  
compensari. Vtitur Paulus verbis  
generalibus, & docet, id quod inui-  
cē debetur ipso iure cōpensari. De-  
beri inuicem quid potest, non min⁹  
in contractibus strictis, quām in cō-  
tractibus bonæfidei. Sequitur igi-  
tur, id quod inuicem debetur ipso  
iure cōpensari, siue ex contractibus  
strictis quiddebeatur, siue ex bonæ  
fidei cōtractibus. Et hoc placuit in-  
ter omnes, postquam Diuus Marcus  
compensationem admisit etiam in  
iudicijs strictis, doli mali exceptio-  
ne opposita. Ac commune Ictorum  
placitū Alexander Seuerus sua con-  
stitutione comprobauit. Sic enim  
Alexander Imperator rescripsit: si  
constat pecuniam inuicem deberi,  
ipso iure pro soluto cōpensationē  
haberi oportet, ex eo tempore, ex  
quo ab vtraq; parte debetur, vtique  
quoad cōcurrentes quātitates ei⁹q;  
solius

soliūs, quod amplius apud alterum est, vsuræ debentur, si modo peti-  
tio earum subsistit. l. 4. C. de com- 9  
pensat. Accursius hoc Alexandri  
rescriptum conatur ad vsuras dun-  
taxat restringere. Dicit enim in  
actionibus strictis ipso iure com-  
pensationem fieri, quod ad vsuras  
attinet, vt inhibeantur. Verūm  
Imper, generaliter loquitur de pe-  
cunia inuicem debita, eamq; com-  
pensari dicit, quoad concurrentes  
quantitates, & vsuras deberi eius  
soliū quantitatis, quæ amplius a-  
pud alterum est. Idem quoq; ab eo-  
dem Alejandro rescriptum est his  
verbis: *Etiamsi fideicommissum*  
*tibi ex eius bonis deberi cōstat, cui*  
*debuisse te minorem quantitatē di-*  
*cis, æquitas compensationis vsura-*  
*rum excludit computationem: Pe-*  
*titio autem eius, quod amplius tibi*  
*deberi probaueris, sola relinquitur,*  
l. 5. C. de cōpensat. Alexandrinæ cō- 10  
stitutionis meminit quoq; Vlpian.

in l. cum alter alteri, h.t. nostro:  
Alter debuit alteri pecuniam sine  
vsuris, alter usurariam, à Diuo Se-  
uero, inquit Vlpianus, constitutum  
est, concurrentis apud vtrumque  
quantitatis, usurpas non esse præ-  
standas. Ideo non præstantur usur-  
ræ concurrentis apud vtrumque  
quantitatis, quod quantitates, quæ  
apud vtrumq; concurrunt, ipso iu-  
re sunt compensatæ. Et hæc pro-  
cedunt, etiamsi inuicem sit usur-  
ria pecunia, diuersæ tamen usuræ.  
Nam compensatio nihilominus lo-  
cum habet, eius quod inuicem de-  
betur, vt idem Vlpianus docet in l.  
idem iuris, h.t. nostro. Et cum Vl-  
pianus Diuum Seuerum nominat,  
ii Alexandum Imperatorem intelli-  
git, qui Seuerus dictus est, quod in  
milites seuerus esset. Post Alexan-  
drum Seuerum, sanctissimus quoq;  
Imperator Iustinianus Ictorum  
commune placitum approbauit. l.  
fin. C. de compensat. Ibi Iustinia-  
nus

nus constituit, ut in omnibus actionibus, compensationes ipso iure admittantur. Notanda est vniuersalis, in omnibus, quæ perspicuè ostendit, nō minus in strictis iudicijs quam in iudicijs bonæfidei compensationem ipso iure fieri, etiam, antequam doli mali exceptio opponatur. Cæterum obstarere videntur 13  
1. si ex venditione, 1. si propter fructus, & 1. quoniam, C. de compensationibus. In 1. si ex venditione, venditori debetur pretium ex venditione, & si venditor pretium petat, & ipse vicissim emptori ex alio contractu tantundem debeat, petenti pretium exceptio compensationis objici potest. Nam ita ab Imperatore est rescriptum, si ex venditione venditori pretium debetur, compensationis ratio opponitur. In 1. si propter fructus, quæ proxime sequitur dictam legem ex venditione, vitricus tibi debuit propter fructus ex possessione tua per-

G 5 ceptos;

ceptos: Ex possessione tua hoc est,  
14 ex prædio siue ex fundo tuo. Possessionem enim Imperator pro prædio accipit, quod ICtis & Imperatoribus usitatum est. Mater autem tua, vitrico legatum reliquit: Vitricus legatum a te petere cœpit. Tu negas, te vitrico quicquam debere. Re ad Imperatorem delata, Imperator rescripsit, Mutuæ debitæ quantitatis, compensationem non immerito obijci. In l, quoniam tu liberum fundum emisti, Postea certum quid soluisti, velut ex obligatione, præcedente emptionem, hoc est, tu soluisti id, pro quo fundus obligatus fuit a venditore, antequam emeres fundum, Si postea venditor a te petat debitum, compensationem eius, inquit Imperator, quod indebitè soluisti, potes opponere. Soluisti indebitū, quia venditor liberum fundū tibi vendidit, & ob id non tu, sed venditor debuit soluere,

pro

pro quo fundus ante venditionē fuit obligatus. Cum autem tu id solueris, indebitum soluisti, & propterea si vendor pretium à te petat, potes venditori exceptionem compensationis opponere; Atq; ita ex dictis tribus legibus constat, cum vtrinq; quid debetur, debitum peti, sed agenti obijci & opponi posse exceptionem compensationis. Iam ita argumentari quis potest. Si quid petitur, necesse est, ut debeat: Actio enim est ius persequendi quod sibi debetur, §. 1. Inst. de actio. Rursus deberi id quod petitur, exceptio compensationis, quæ agenti obijcitur & opponitur, ostendit. Exceptio namq; actionis est exclusio, l. 2. de except. Ex his igitur necessariò sequitur, ipso iure compensationem non fieri. Etenim, si ipso iure compensatio fieret, quoties vtrinque quid debetur, non rectè quod debitum fuit, postea petetur, non rectè etiā exceptio cōpensatio.

sationis obijceretur & opponeretut. Ad hanc difficultatem tollendam, ita respondendum est: Compensatio ipso iure fit, vt supr. multis legibus ostensum & probatum fuit. Et si quis post factam ipso iure compensationem agat, & quod sibi debitum fuit petat, non recte agit, non obstat quoq; agenti exceptio, quia nulla creditori fuit actio. Actio enim, quam creditor habuit, extincta est, quia, quod debitum creditori fuit, est extinctum, obligatio, qua debitor creditori tenebatur, est sublata. Actio autem personalis sine debito, sine obliga-

16 tione non est, cum mater actionum sit obligatio vt Theophilus in Institu. loquitur. Cum itaq; debitor, post factam ipso iure compensacionem, amplius creditori non debeat, creditori amplius non sit obligatus neccesse est, vt creditori in debitorum quoque nulla competit actio, & proinde etiam illi, qui post factam

Etiam compensationem conuenitur, cui molestia exhibetur, à quo, quod ante compensationem debitum fuit, petitur, nulla competit exceptio, cum exceptio nihil aliud sit, quam actionis exclusio, ut à lato definitur.

l. 2. de except. Et quod nullum est, excludi, aut aliqua exceptione remoueri non potest, cum non entis, <sup>17</sup> non sint aliquæ qualitates. Interpretes quidem nostri tradunt, exceptionem aliquam esse facti, ea que pragmatici vti solent, quoties quis <sup>18</sup> sine actione experitur. Sed nulla est in Iure exceptio quæ facti dicatur. Et cum quis petit, quod sibi à Reo non debetur, Reus non excipit, sed negat se actione teneri, & allegat caussam, quare non teneatur, hanc nimirum, ut de proposito loquamur, quod compensatio sit multò iam ante facta, quemadmodum in simili Imper. docet in l. 3. C. de transaction. Et hæc caussa omnino in iudicio alleganda est, sicuti etiam  
exce-

exceptio, vbi est actio, est propo-  
nenda, alioquin proceditur, & ages  
auditur. Et hoc Imperatores vo-  
lunt in sup. dictis tribus legibus, cū  
dicunt, compensationem esse obij-  
ciendam siue opponendam. Oppo-  
nere, siue obijcere compensationē,  
non est opponere, siue obijcere ex-  
ceptionem compensationis, sed di-  
cere siue allegare ipso iure factam  
esse compensationem; Obiectio si-  
ue oppositio cōpensationis, non fit  
per modum exceptionis, quia nulli  
competit exceptio, vbi qui agit a-  
ctionē nullam habet, sed per modū  
allegationis caussæ. quare reus con-  
uentus actione nulla teneatur. Inde  
autē non rectè infertur, quod qui-  
uis facile intelligit, ipso iure com-  
pensationem non fieri, aut factam  
non esse. Quinimo si reus conuen-  
tus non obijciat, non opponat cō-  
pensationem, sed patiatur in se dari  
actionem, & secum agi non ideo mi-  
nus dicemus, ipso iure compen-  
sationem

*QVOMODO FIAT COMPENS.*

tionem esse factam. Potest reus Iuris beneficium contemnere , & compensatione , quæ ipso iure facta est , non vti , sed hoc iuris constitutionem non mutat. At rursus 20 obijcitur.l.5.h.t.nostro.In hac l.dicitur: si quid à fideiussore petatur, eligere fideiussorem posse , vtrum, quod ipsi, an quod reo debetur, cōpensare malit , & si vtrumq; velit compensare audiendū eum esse. Si fideiussor eligere potest, vtrum velit compensare, omnino dicendū videtur, ipso iure compensationē nō fieri. Et quodāmodo contraria hæc videntur esse, ipso iure, siue legis vi & potestate fieri, & eligere vtrū quis velit compensare. Quod ipso iure fit , sine ullo hominis facto fit. Electio in voluntatem alicuius confertur , & sine voluntate hominis non procedit. Ad hanc difficultatē tollendam in primis monere oportet , Iure Pandectarum & 21 Codicis, integrum fuisse creditori, cum

cum reo prihcipaliuè, an verò cum fideiussoribus vellet experiri. Intelligitur hoc ex l. qui mutuam, in principio, Mandati: Ibi Papinianus inquit: Qui mutuam pecuniam dari mandauit, omisso reo promittendi, & pignoribus non distractis, eligi potest. Idem intelligitur ex tit. de fideiussoribus, in Institut. Nam ibi Imper. tradit, si plures sint fideiussores, creditorem ab uno totum consequi posse, & huius solius detrimentum esse, si is, pro quo fideiussor fideiussit, soluendo non sit. Idem quoq; intelligitur ex d. l.5. h. tit. nostro de compensatio. in qua creditor à fideiussore petit, & fideiussor elitit, vtrum compensare velit, quod sibi, an quod reo, pro quo fideiussit, debetur. Quinimo Iure pandectarum & Codicis, creditor, non tantum accessiones potuit cōuenire, omisso reo principali, sed etiam potuit cum Reo principali & cum fideiussoribus simul agere

l.3.5.

I. 3. §. vlt. de duobus reis l. grege §.  
 etiam si, de pignorib. Sed totum hoc  
 Nouella constitutione quarta im-  
 mutatum est. His cognitis ad d.l. 5.  
 hoc titulo nostro, hoc modo respon-  
 debimus. Fideiussor quidem ibi e- 23  
 ligit, utrum compensare velit, quod  
 sibi, an quod Reo, an quod utriusque  
 debet, sed inde non recte dicitur,  
 ipso iure compensationem non fie-  
 ri. Nam compensatio ipso iure fit,  
 cum Reus principalis debet, & ipsi  
 à creditore vicissim quid debetur.  
 Fit etiam compensatio ipso iure,  
 cum ei, qui fideiussit, vicissim à cre-  
 ditore, cui fideiussit, aliquid debe-  
 tur. Deniq; ipso iure fit compen-  
 satio, cum creditor reo principali,  
 & simul fideiussori vicissim quid de-  
 bet. Facta autem ipso iure compen-  
 satione, penes fideiussorem stat eli-  
 gere, utrum pro compensato habe-  
 re velit omnia, quæ ipso iure iam  
 compensata sunt, an verò pleraque  
 ex ijs tantum. Si vult pro compen-

H sato

sato haberi id tantum, quod ipsi fideiussori à creditore debetur, integrum est fideiussori, à creditore conuento, id duntaxat quod creditor ipsi debet retinere, & reliquum creditor, quod ex fideiussione debet, soluere. Si non vult fideiussor conuentus pro compensato haberi, quod ipsi vicissim à creditore debetur, sed id tantum, quod reo principali rursus à creditore debetur, & hoc fideiussori integrum est facere, & eo retento, quod creditor reo principali vicissim debet, reliquum creditori fideiussor soluet. Quod si fideiussor à creditore conuentus pro compensato haberi vult, quod sibi, itemque reo principali, vicissim à creditore debetur, quodque totum ipso iure iam compensatum est, potest fideiussor hoc facere. Hæc est sententia dictæ legis quintæ, hoc titulo nostro. Et electio itemque voluntas fideiussoris, pertinet ad compensationem.

fationem iam factam, non etiam ad compensationem quæ fieri adhuc debeat. Et compensatione ipso iure iam facta, eligit fideiussor, à creditore conuentus, vtrum quod sibi, an quod reo, an quod vtriq; vicissim à creditore debetur compensari velit, hoc est pro confessato haberi. Si compensatione, quæ ipso iure iam facta est, vti non vult, inuitus ea vti non cogitur; Cum quilibet<sup>24</sup> possit Iuri sibi competenti renunciare l. penult. C. de pactis l. si iudex, de minoribus. Et quemadmo-<sup>25</sup> dum responsum est, ad l. 5. h. t. nostro, eodem modo respondere oportet, ad l. 2. h. t. nostro, quæ Iuliani Icti est. Inquit Iulianus, vnumquemque, creditorem suum, eundemque debitorem petentem, submouere, si paratus est compensarc. Nam compensatio fit ipso Iure, & facta compensatione, vnicuiq; liberū est, compensatione vti, vel nō vti. Si quis velit vti cōpēsatione, aut vt

Ictus inquit, si quis paratus sit cōpensare, potest creditorem suum, eundemque debitorem petentem submouere, si quis nolit vti compensatione iam facta, & hoc ipsi integrum est. Submotio autem creditoris agentis non fit opposita exceptione compensationis, sed fit allegata caussa, ob quam petens audiiri non debeat nec possit, quia scilicet compensatio facta sit. Et hæc caussa, vt sup. monui, semper à reo conuento alleganda est, alioquin petens auditur, & reus conuentus  
**26** condemnatur. Nam & aliás quotiescumq; ipso Iure quid factum est, necesse est, vt id ipsum allegetur & dicatur, si modo quis iuris beneficio vti velit. Sic testamentum ratione præteritionis ipso Iure est nullum, necesse tamen est, vt in testamento præteritus dicat, se præteritum esse, & petat testamentum ob id nullum declarari, aliás testamentum sustinetur, l. filio præterito

rito, & ibi Dd. de iniusto rupto, ir-  
rito facto testam. Falcidia quoque <sup>27</sup>  
refecat legata ipso Iure. l. linea  
margaritarum, Ad l. Falcid. Neceſ-  
ſe tamen est, vt heres hoc alleget,  
& petat, vt ex legatis sibi Falcidia  
relinquatur, quæ ipso Iure de lega-  
tis iam reſecta fuit, l. patrem, quæ  
in fraudem credit. facta sunt &c.  
Sic emphyteuta, canonem non sol-  
uens, intra biennium vel trienni-  
um, ipso Iure emphyteusi cadit.  
Verum neceſſe est, vt dominus præ-  
dij emphyteutici hoc alleget & di-  
cat, emphyteutam, iure suo, ob non  
solutum canonem cecidisse, & petat  
ſententia iudicis hoc ipsum decla-  
rari, quemadmodum in l. 2. C. de Iu-  
re emphyteut. explicari ſolet. Su- <sup>28</sup>  
periori quoque responseſione uten-  
dum erit, fi quis ex l. quod Labeo  
hoc tit. nostro, argumentari vellet,  
ipſo iure compensationem non fie-  
ri, quod Vlpianus dicit, non eſſe ſi-  
ne ratione quod Labeo ait, vt fi cui

petitioni specialiter destinata sit  
 cōpensatio, in cæteris non obijci-  
 tur. Et compensatio potest vni peti-  
 tioni destinari. Igitur ipso Iure nō  
 fit, cum diuersa sint, ipso Iure fieri  
 compensationem, & nostra desti-  
 natione fieri. Sed dicendum est,  
 ipso Iure fieri compensationem, &  
 factam nihilominus vni petitioni  
 destinari posse. Pone enim, debeo  
 tibi centum ex mutuo, & alia centū  
 ex venditione. Tu mihi rursus inci-  
 pis debere centum: Hic ipso Iure sit  
 compensatio, eaq; destinari potest  
 vni petitioni, puta petitioni descé-  
 denti ex contractu mutui, & huic  
 petitioni destinata compensatio nō  
 potest postea obijci rursus, si centū  
 ex venditione petantur. Sed rursus  
**29** ei quod diximus ipso iure fieri cō-  
 pensationem, videtur obstare. I. vti-  
 les. §. fin. de petit. hered. Ibi de vo-  
 luptuarijs impensis agitur, & Ictus  
 docet, voluptuarias impensas posse  
 seruari per doli mali exceptionem,  
 si bo-

si bonæfidei possessor hereditatem possedit, eaq; ei postea afferatur, prædoni verò, id est, malæ fidei possessori dici posse, non debuisse cum in alienam rem superuacuas impensas facere, ita tamen ut potestas ei fiat tollendorum eorum, quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt. Cum dicit Ictus seruari impensas per doli mali exceptionem, hoc dicit, impensas compensari cum ijs, quæ ex hereditate percepta sunt, & alioquin restituenda essent. Quæ possessor hereditatis, cui afferatur hereditas, restituere cogitur, ea debet illi, cui hereditas restituenda est. Rursus is cui hereditas restituenda est, debet impensas voluptuarias, possessori hereditatis, qui eas fecit, atque ita hic debitum est, & creditum. Huius tamen iniucem debiti & crediti compensatio, ipso Iure non fit, sed possessor hereditatis impensas servat, per exceptionem doli mali

dicendo, quod dolo mālo faciat ijs  
 cui hereditas restituenda est, quod  
 omnia sibi restitui desideret, & ta-  
 men impensas voluptuarias, in he-  
 reditatem factas, non vult refunde-  
 re. Hac exceptione opposita, fit cō-  
 pensatio factarum impensarum,  
 cum ijs, quæ alioquin restituendæ  
 essent, vsq; ad concurrentes quan-  
 titates. Compensatio igitur ipso  
 Iure non fit, etiam in Iudicijs bo-  
 næfidei, quale est petitio heredita-  
 tis, sed tunc demum cum doli mali  
 exceptio opponitur. Idem etiam  
 ostendit l.hereditas.de petit.hered.  
 Defunctus ibi iussit monumentum  
 sibi ab herede fieri, Is qui bona fide  
 hereditatem possedit, monumen-  
 tum defuncto fecit. Postea heredi-  
 tas ei aufertur. Questionis est an  
 sumptus in monumentū factos,  
 retinere possit? Ictus inquit, si bo-  
 næfidei possessor probabilem mo-  
 dum sumptuum, in faciendo monu-  
 mento non excessit, poterit sumpt⁹  
 retine-

retinere doli exceptione. Hic quoque fit compensatio sumptuum, quos bonæfidei possessor fecit in monumentum, cum ijs quæ ex hereditate restituenda essent. Sumptus in monumentum factos, debet ijs, cui hereditas restituitur. Et contra ei, cui hereditas restituenda est, debentur ea, quæ restituenda sunt. Est hîc vtrinq; debitum & creditum. Compensatio tamen eius, quod vtrinq; debetur, ipso Iure non fit, sed per exceptionem doli mali. Idem traditum est, in l. fin. de petit. hered. Ibi pater, cum filium emancipasset, possedit bona vxoris suæ, ex ijsq; fructus percepit. Filius postea à matre heres institutus, adiit hereditatem matris, & bona à parente petijt. Parens erogationem fecit, in honorem filij cum esset senator. Quæsitum fuit, cum paratus sit pater, restituere hereditatem, deductis ijs, quæ pro filio erogauit, an filius, nihilominus perseue-

H 5 rans

trans petere hereditatem, doli mali  
 exceptione submoueri possit? Filio  
 debet hereditas restitui, eaq; ipsi à  
 patre possessore debetur. Filius cō-  
 tra debet patri, quæ pater ex here-  
 ditate illa erogauit in honorem  
 ipsius. Est hic debitum & creditum,  
 & tamen compensatio ipso Iure  
 non fit, sed doli mali exceptione  
 30° opposita. Ad hanc difficultatem  
 tollendam respondendum est ad  
 hunc modum: Petitio hereditatis  
 olim non erat bonæfidei actio, sed  
 nonnulli eam pro bonæfidei actio-  
 ne habebant, alij contra, pro a-  
 ctione stricta. Et qui petitionem  
 hereditatis inter bonæfidei actio-  
 nes numerabant, admittebant in ea  
 compensationem, etiam dolimали  
 exceptione non opposita, vt textus  
 est, in l. planè, de pétition. hered.  
 Contra qui petitionē hereditatis,  
 actionem strictam esse volebant, ad-  
 mittebant compensationē, post re-  
 scriptum Diui Marci, in petitionē  
 hered.

hereditatis, doli mali exceptione opposita. Et quāuis postea Iustinianus cōstituit, ut petitio hereditatis inter bonæfidei actiones numeretur §. actionum autem. Institu. de Actio. & post rescriptum Diui Marci, Ictis placuit, in omnibus actionib⁹ compensationē ipsolure fieri, quod Imperatorum constitutiones etiā probarunt, ut sup. expositū est: tamen hoc, quod compensatio impensarum fieri debeat doli mali exceptione opposita, à Pandectarum cōpositoribus ex Iure veteri relictū est in d.l.vtiles, d.l.hereditas, & d.l. fin. de petit. hered. Obijcitur hoc 33 amplius l.i. §. fi. quæ senten. sine appellatione rescindantur. Ex ea lege Tindarus in tractatu de cōpensationibus ita argumentatur: Si cōpensatio fit ipso lure, appellatio frustratoria est, hoc est, non est necesse appellare à sententia Iudicis, qui condemnauit ad soluendum, eum, cui vicissim ab aduersario debebatur.

batur. Ratio est, quia ipso Iure cō-  
pensatio eius, quod vtrinq; debi-  
tum fuit, facta est. Iudex igitur non  
recte condemnauit eum, qui nihil  
debuit, & ob id appellare necesse  
non est. Sed à sententia Iudicis,  
condemnantis eum qui debuit, cum  
illi vicissim ab aduersario debere-  
tur appellari potest. d.l.i.s.fin.quæ  
senten. sine appell. rescindantur.  
Ergo compensatio ipso Iure non  
fit. Ad hoc argumentum ita re-  
spondere oportet, In d.l.i. §.fin.  
quæ senten. sine appell. rescin-  
dantur. Talis proponitur facti spe-  
cies. Ego & tu, apud eundem Iudi-  
cem aliquid petiuimus. Ego dixi  
te mihi debere pecuniam cum vsu-  
ris. Tu contra affirmasti me tibi pe-  
cuniam debere sine vsuris. Mutua  
hic est petitio. Iudex, me priorem  
condemnauit tibi, quo tu prior me  
condemnatū habes, vt ictus inquit,  
vt tu prior posses iudicati agere  
aduersum me; Hic mihi necesse non  
est

est appellare: Ratio est, quia secundum sacras constitutiones, tu iudicatum à me petere non potes prius, quām de mea quoq; petitione iudicatum fuerit. Hoc ius compensationis facit. Si enim iudex te mihi vicissim condemnauerit, hoc casu vſq; ad concurrentes quantitates, quæ hinc inde debitæ fuerunt, ipso iure compensatio multò iam ante fuit facta. Ne igitur tu exigas à me, quod multò iam ante tibi non debui, vtputa compensatione ipso lute facta, ex eo tempore, quo vtrinque debitum fuit, tu iudicati agere nō potes aduersum me prius, quām de mea quoq; petitione, quam aduersus te institui iudicatum fuerit. Et hoc fit, inquit Ictus, secundum sacras constitutiones: Intelligit hic Ictus l. 6. C. de compensat. Ibi 34 talis proponitur facti species: Maritus egit aduersus mulierem actione rerum amotarum. Vxor contra egit ex stipulatu aduersus virum.  
Iudex

Iudex virum mulieri condemnauit.  
Hoc casu, vxor non potest statim  
iudicati agere aduersus virum, sed  
actio Iudicati suspenditur, donec  
etiam in caussa, quam vir aduer-  
sus mulierem instituit, pronuncia-  
tum fuerit, idque fit, propter ius  
compensationis. Compensatio-  
nis, rescripsit Alexander, æquita-  
tem iure postulas: Non eum prius  
exsolui, quod debere te constiterit,  
æquum est, quām petitioni mutuæ  
responsum fuerit, eò magis, quod  
ea te persequi dicis, quæ à mulie-  
re diuortij caussa amota quereris.  
Appellatio igitur hoc casu neces-  
saria non est. Tutius tamen est,  
vt appellatio interponatur, hoc  
ICTus vult dicere his verbis, ma-  
gis est, vt appellatio interpona-  
tur, d. l. i. in fin. quæ sentent. sine  
appell. rescindantur. Ideo magis  
& tutius est, quia, interposita ap-  
pellatione, metuendum non est, ne  
Iudex, à quo appellatum est, ad  
execu-

executionem rei iudicatæ procedat, quod etsi de lute facere non potest, de facto tamen facere posset, sed appellatione interposita, id nullo modo facere potest. Ex eo verò, quod Ictus dicit, magis siue tutius esse, ut appellatio interponatur, non rectè infertur, appellari debere à sententia iudicis, qui condemnauit, compensatione ipso Iure iam facta. Nec enim Ictus dicit, appellari debere, sed potius affirmat, necesse non esse appellare. Appellatio ex abundantia & pro maiori tantum cautela interponitur, non ex necessitate, quasi necesse fit appellare. Postremò aduersus 36 id quod diximus ipso Iure fieri compensationem, nec doli mali exceptionem necessariam esse, adfertur, l. vnum ex familia, s. sed si uno, de leg. 2. Ibi dicitur, tacitam pensionem induci, hoc est, ipso Iure fieri compensationem, & tamen opponendam esse dolimali

mali exceptionem. Igitur male  
hoc supra negatum fuit. Respon-  
dendum est hoc modo, in d. s. sed  
si vno, hoc non dicitur, quod oppo-  
nenda sit doli mali exceptio, sed di-  
citur compensationem fieri ipso  
Iure, ratione exceptionis doli,  
quod nihil aliud est dicere, quam  
ideo ipso Iure fieri compensatio-  
nem, quia doli mali exceptio inest.  
Olim strictis negotijs, non inerat  
doli mali exceptio, sed negotijs  
bonæ fidei tantum, i. huiusmodi,  
84. s. qui seruum, de legat. i. l. sed  
etsi ideo 21. s. fin. soluto matrimo.

**37** Hodiè doli mali exceptio inest et-  
iam strictis Iudicijs, ex caussa com-  
pensationis, quia compensatio fit  
ipso iure, non ex alijs caussis.

Cuiacius lib. 15. ob-  
seruat. c. i.



CAPVT QVARTVM.

Quando fiat compensatio.

1. Non statim fit compensatio simulatq; aliquid debitum est & creditum.
2. Liquidum cum illiquid non compensatur.
3. Iustinianus hoc non constituit primus, ut compensatio fiat ex causa liquida.
4. In alternatiis promissionibus virumq; non debetur.
5. Compensatio ex aequitate est introducta.
6. Ad compensationem requiritur praesens debitum.
7. Quod in diem debetur non compensatur antè quam dies veniat.
8. Compensatio est pro solutione.
9. Olim confessis & iudicatis dabantur 30. dies.
10. Hodie iudicatis dantur quatuor mensis ad soluendum.

11. Ex-

11. Explicatur l. cum militi §. fin. ff. De compensationibus & nro. 26.
12. Etiam debitum certo loco soluendum compensatur.
13. Explicatur l. pecuniam ff. De compensationibus.
14. Compensatio debitorum liquidorum fit litis contestatione non obstante.
15. Explicatur l. in compensationem ff. De compensationib.
16. Nemo persequendo facit causam suam deteriorem.
17. Pœnales actiones per litis contestationem transmittuntur ad heredes ab utragꝫ parte.
18. Creditor non cogitur compensare, quod alij debet, quam debitori suo.
19. Explicatur l. in rem suam §. 1. ff. De compensationibus.
20. Explicatur l. si duoff. De duabus reis, quæ cū d. l. in rē suā pugnare videtur.
21. Certis casibus contingit ut creditor compensare cogatur quod alij quam debitori suo debet.
22. Explicatur l. si cum filio fam. ff. De com-


*compensationibus.*

23. Seruitus morti comparatur.
24. Cur cum seruo agi non possit.
25. Fideiussor compensare potest, quod debetur reo principali, pro quo fideiussit.
27. Dissoluitur argumentum ex l. fin. C.  
*De compensat. prolatum, quo probari videtur, compensationem etiam in praesenti debito non admitti.*
28. Cur actioni depositi non opponatur compensatio.
29. Explicatur l. vlt. C. de commodat.,  
qua probari videtur, compensationem etiam in commodati actione locum non habere.
30. An in actione momenti locum habeas compensatio.
31. Possessorium summarissimum quodnam dicatur.
32. Appellatio in actione momenti locū non habet.
33. Explicatur l. unic. §. taceat C. de rei uxori. action. ex qua dicendum videatur, actioni ex stipulatu de dote compensationē non posse obijci.

34. *Mulier in dote præfertur omnibus creditoribus tempore anterioribus.*

35. *Aliud est retentio aliud compensatio.*

36. *Interdum deductio siue retentio iuris est.*

 N superioribus exposi-  
tum est, quid sit compen-  
satio, item quarum refū-  
fiat compensatio, & quo-  
modo fiat compensatio. Sequitur  
nunc ut videamus, quando fiat cō-  
pensatio. Nec enim statim, cum  
hinc inde debitum quid est, ipso  
Iure debitum & creditum compen-  
santur, sed necesse est, ut debitum  
& creditum sit liquidum. Liqui-  
dum cum liquido compensatur. Li-  
quidum cum illiquido compensari  
non potest. I. vlti. C. de compensat.  
Ibi Iustinianus Imperator inquit;  
Ita compensationes obijci iube-  
mus, si caussa ex qua compensatur  
liquida sit, & nonnullis ambagi-  
bus,

bus innodata. Affirmat Iustinianus se iussisse, vt compensationes ex caufsa liquida fiant. Hæc verba non ita sunt exaudienda, quasi Iustinianus primus constituerit, vt compensationes tunc demum admittantur, cum hinc inde debitum liquidum est. Huius rei Iustinianus autor <sup>3</sup> primus non est, sed multò ante Iustiniani tempora id obtinuit, quemadmodum intelligitur ex l. si debebas h.t. nostro. Ibi debeo tibi decem; Tu mihi vicissim debes decem, aut hominem, vtrum voluero. Ictus Scæuola inquit, ita compensationem huius debiti admitti, si palam dixissem vtrum voluissem. Ecce hic debitum est & creditum. Ego enim tibi debeo decem. Tu mihi vicissim promisisti decem. Ego debtor sum, sum etiam creditor cum tu mihi promiseris vicissim decem. Hic tamen ipso Iure compensatio non fit. Ratio est, quia quod tibi debeo, liquidum est, & ego nulla ratione

I 3 nega-

negare possum, me tibi decem debe-  
re. E contrario verò decem, quæ  
tu mihi promisisti, liquida nō sunt.  
Non enim purè & simpliciter de-  
cem mihi promisisti: si purè mihi  
decem promisisses, debitum hoc  
liquidum esset, & ego confessim de-  
cem à te petere possem. s. omnis sti-  
pulatio, Instit. de V.O. Huius debiti  
dies cessit & venit, l. cedere diem, de  
V.S. Hoc etiam casu decem, quæ ti-  
bi debeo, ipso Iure cōpensarentur,  
cum decem, quæ tu in hi purè pro-  
misisti. Debitum enim vtrumque li-  
quidum est. At cum tibi debeo de-  
cem, & tu mihi promisisti decē aut  
hominem, decem cum decem ipso  
Iure nō compensantur. Hic vtrinq;  
debitum liquidum non est. Decem,  
quæ tibi debeo liquida sunt. Decē  
quæ tu mihi promisisti liquida non  
sunt. Nec enim promisisti decē pu-  
rè, sed decem mihi promisisti aut  
hominē, sub disiunctione, siue sub  
alternatione, missio facta est.

Et in

Et in alternatiuis promissionibus 4  
vtrumq; non debetur, sed alterutrū  
tantum, & quidem electio est pro-  
missoris, l. plerumq; s. penult. de iu-  
re dotium. In proposito autē ego e-  
ligo, vtrum habere velim decem aut  
hominē, idq; propter ea quod decē  
aut hominem mihi promisisti, vtrū  
voluero. Hæc verba, vtrum voluero,  
mihi dant electionē, cum aliās ele-  
ctio esset tua. Et antequā ego eligo,  
& palām dico, vtrum velim, decē  
an hominem, debitum illiquidū est,  
& cōpensatio non fit. Cæterūm vbi  
elegi, vbi palām dixi, me decem vel-  
le, iam debes mihi liquido decē, &  
ex eo tempore ipso Iure fit cōpen-  
satio eorum decem quæ tibi debeo,  
cū illis decē, quæ mihi vicissim de-  
bes. Ante cōpēsatio fieri nō potuit.  
Scœuola igitur Ictus, perspicuè o-  
stendit, liquidum cum illiquidu nō  
compensari, sed liquidi cū liquido  
duntaxat compensationē fieri. Ideo  
autem liquidum cum illiquidu non

compensatur, ne per compensatio-  
nem, quæ ex æquitate introducta  
est. l. 5. & 6.C.de compensatio. in-  
iuria alicui fiat. Fieret iniuria cre-  
ditori, si quod ipsi liquido debetur,  
quodque nulla aduersarij tergiuer-  
satione eludi potest , compensari  
diceremus cum'co, quod debitor si-  
bi vicissim à creditore deberi affir-  
mat, nec tamen probat, neq; pro-  
bare statim potest. Quemadmodum  
verò debitum , quod compensatur,  
vtrinq; liquidum esse oportet: ita  
6 necessè quoq; est vt debitum vtrin-  
que sit præsens, hoc est, necessè est,  
vt quod vtrinque debetur, tale sit,  
quod hinc inde peti iam possit. Ver-  
bi gratia,debeo tibi centum ex mu-  
tuo, Tu mihi incipis vicissim debe-  
re centum ex venditione. Debitum  
vtrinque liquidum, purum & præ-  
sens est. Ego enim à te statim cen-  
tum petere possum. Tu versa vice  
statim à me centum potes petere.  
Et ideo hinc inde debitum ipso Iu-  
re com-

re compensatur. Quod si tu mihi  
purè debeas centum, ego è contra-  
rio debo tibi centum in diem, hoc  
casu hinc inde debitorum compen-  
satio non fiet. Debitum vtrinque  
quidem liquidum est, præsens non  
est. Quod tu mihi debes præsens de-  
bitum est. Quod ego vicissim tibi  
debo, præsens debitum non est,  
sed in diem. Et quod in diem debe- 7  
tur, non compensatur, antequam  
dies veniat, quanquam dari opor-  
teat. Ita Vlpianus Ictus loquitur,  
in l. quod in diem, h. t. nostro. Ratio  
huius Iuris hæc est: Compensatio  
pro solutione est. l. 5. h. t. nostro.  
Quod autem in diem debetur, sta- 8  
tim quidem debetur, sed peti ante-  
quam dies venerit non potest. §. in  
diem. Institut. de V. O. Eius dies  
cessit, sed nondum venit. l. cedere  
diem de V. S. Imò, qui ante diem  
petit, plus petit, & in poenam plus  
petentium incidit. §. si quis agens,  
Institut. de Action. In diem igitur  
I 5 debi-

debitum, antequam dies veniat, debitor soluere nō compellitur. Inde sequitur, in diem debitū compensari quoq; non posse, antequam dies venerit. Et hoc intelligendū est de die, qui à contrahentibus apponitur. Secus est in die, siue tempore quod iudicatis & confessis in Iure qui pro iudicatis habentur, l. i. & toto titulo de confessis, ad soluendum dari solet. Olim ex XII. tabulis, iudicatis & in iure confessis, 30. dies dabātur. Ita enim duodecim tabulæ habuerunt. A Eris confessi, rebusq; iure iudicatis, 30. dies iustè sunto. Gelli, libro 20. noctiū Attic. c. 1. Postea ex alia quadam lege duo menses iudicato faciēdo dari cœperūt. l. i. C. Theodo. de usuris rei vind. 10 Hodiè ex Iustiniani constitut. iudicatis dantur quatuor menses ad soluendū, l. 2. C. de usuris rei iudic. Et quod iudicatus debet, etiā intra tempora iudicati rectè compensatur cū eo, quod ipsi vicissim debetur, auctore

Etoe Papiniano, in d.l. cum militi,  
§. fin. h.t. nostro. Ibi Titio iudicatus,  
intra diem, ad iudicati executionē  
datum, agit cum eodem Titio, qui  
& ipse pridem iudicatus erat. Hic  
compensatio admittitur, quamuis  
dies ad soluendum iudicatum, non  
dū venerit. Differentiæ rationē in-  
tra diem à contrahentibus apposi-  
tum, & diem, iudicatis ad soluen-  
dum datum, assignat Papinianus in  
d. l. cum militi, in fine h.t. nostro, **ii**  
his verbis: Aliud est, diem obliga-  
tionis non venisse, aliud humanita-  
tis gratia tempus indulgeri solu-  
tionis. Dies, qui à contrahentibus  
apponitur, ideo apponitur, ne ante  
eum diem debitor ad soluendum a-  
digatur, & hoc ipsū debitori & cre-  
ditori ita placuit, & propterea de-  
bitor antequam dies venerit, non  
rectè ut soluat conuenitur. Idet-  
iam, quod in diem debetur, non  
compensatur ante illum diem. A-  
lia ratio est temporis, quod con-  
demna-

demnatis siue iudicatis ad soluen-  
dum dari solet. Hoc tempus huma-  
nitatis gratia condemnatis indul-  
getur, d.l.cum militi in fin. h.t. no-  
stro, & vt Constantinus Harmeno-  
pulus eleganter inquit, πέρος περιθαλ-  
ψίν, hoc est, ideo indulgetur hoc  
tempus, vt iudicatus siue conde-  
mnatus respirare quodammodo  
possit. Ideoq; si condemnatus cum  
illo, cui condemnatus est, intra tē-  
pora iudicati agat, & sibi debitum  
petat; id quod condemnatus ex cō-  
demnatione vicissim debet, com-  
pensabitur cum illo, quod sibi debe-  
tur ab eo, cui condemnatus est, quā-  
uis tempora condemnato ad sol-  
uendum data, nondum clapsa fue-  
rint. Ea tempora iudicato huma-  
nitatis gratia indulta fuerunt: Et  
humanitatis est, vt si condemnatus  
intra tempora, ad iudicatum sol-  
uendum data, agat, compensetur  
quod ipse vicissim ex condemna-  
tione debet. Ex his relinquitur, de-  
bitum

bitum tantum liquidum & præsens compensari: Et cum debitum vtrinque liquidum est, itemq; præsens, compensationem non impedit, quod certo loco debitum solui debeat. Nam etiam debitum certo 12 loco soluendum compensatur, cum sua tamen caussa, hoc est, vt ratio habeatur eius loci, quo conuenit pecuniam dari. Ita à Icto Iauolenno traditum est in l. pecuniam, h.t. 13 nostro. Pone, pecuniam certo loco à Titio dari stipulatus sum. Titius petit, à me, quam ei debedo pecuniam. Hic duo quæruntur; primum, an Titio petenti à me pecuniam, quam ei debedo, obijcere possim compensationem, quod ille stipulanti mihi, pecuniam promiserit? Deinde, an ratio aliqua loci etiam haberi debeat? Ictus ad vtramq; quæstionem respondet, & primum docet, si Titius petat, eam quoque pecuniam, quam certo loco promisit, in compensationem deduci oportere.

oportere. Deinde respondet ad alteram quæstionem , fieri quidem compensationem, etiam eius pecuniaæ, quæ certo loco dari debuit, sed cum sua caufsa, idq; vt intelligatur, explicat his verbis , id est, vt ratio habeatur, quanti Titij interfuit eo loco , quo conuenierit , pecuniam dari. Sic Paulus, in l. cum fundus, in princ. de rebus creditis, docet, cum fundo cauſsam omnem restituendam esse , & vt intelligatur quid sit cauſsa, adiicit, id est, omne quod habiturus esset alter. Sic in l. præterea, de rei vindicat. dicitur , opus esse , vt cauſsa rei restituatur, id est, vt omne habeat petitio n, quod habiturus fuisset iudicij tempore. Similiter cum debitum vtrinque liquidum est , & præsens , compensatio debitorum fit, litis contestatione non obstante. Ita enim Caius inquit : In compensationem etiā id deducitur, quo nomine cum actore lis contestata est.l.

14

est. I. in compensationem, h.t. nost.  
Ut finge, peto à te centum, & cum  
moram faceres in soluendo, in Iudi-  
cium te vocau: Tu litem mecum  
contestatus es. Postea tibi vicissim  
cœpi debere centum. Sic centum à  
me petas, rectè tibi compensatio-  
nem obijcio, nec quicquam tibi  
proderit, si ad eludendam compen-  
sationem dixeris, te litem mecum  
contestatum esse, & propterea com-  
pensationem admitti non debere.  
Hac allegatione non obstante, in  
compensationem pecunia deduci-  
tur, cuius nomine lis mecum conte-  
stata est, d. I. in compensationem, 15  
h. t. nostro. Ibi Ictus Caius hanc  
eleganter subiicit rationem. Ne  
diligentior quisquam deterioris  
conditionis habeatur, si compensa-  
tio ei denegetur. His verbis Caius  
hoc vult dicere, diligentiam non  
debere cuiquam nocere, obesse,  
aut conditionem alicuius deterio-  
rem facere. Qui autem litem  
conte-

contestatur, aut secum contestari patitur diligens est, & diligentior illo, qui rem in iudicium non deducit, qui litem non contestatur. Non igitur debet deterioris conditionis haberi eo, qui rem in iudicium non deduxit, quiue litem non est contestatus. Quia non debet deterior conditio eorum fieri, qui litem contestati sunt, sed plerumq;

- 16** melior l. non solet. de R.I. Nemo enim persequendo deteriorem caussam facit, sed meliorem, & post litem contestatam heredi quoq; prospicitur, & heres tenetur ex omnibus caussis, l. nemo enim, de regulis Iuris. Sic alibi Iurisconsultus inquit. Nemo deteriorem caussam suam facit, actionem exercens, sed meliorem, ut solet dici in his actionibus, quæ tempore aut morte finiri possunt, l. aliam caussam, de no-  
**17** uatio: Et litis contestatione poenales actiones transmittuntur, ab ultraque parte, & temporales perpetuan-

tuantur. I. fin. de fideiussoribus tu-  
 torum, I. pœnalia, de R.I. Sic in I.  
 nam posteaquam, s. si is qui, de iu-  
 reiurando, dicitur, post litem con-  
 testatam perpetuari obligationem,  
 At diligentior, qui litem contesta-  
 tus est, deterioris esset conditionis,  
 quam is, qui litem non est conte-  
 status, si compensatio ei denegare-  
 tur. Etenim illi, qui litem conte-  
 status non est, non denegatur com-  
 pensatio. Non igitur debet dene-  
 gari compensatio diligentiori, qui  
 litem est contestatus, atq; ita intel-  
 ligimus, debiti liquidi, & præsen-  
 tis compensationem non impediri,  
 propter litis contestationem. Sanè 18  
 creditor compensare non cogitur,  
 quod alij, quam debitori suo, de-  
 bet. I. in rem suam, s. i. h. t. nostro.  
 Verbi gratia: Debes mihi centum;  
 Ego creditor sum, tu es debitor  
 meus: Ego vicissim debeo centum,  
 sed non tibi, debitori meo, yerūm  
 alij, puta Titio. Quod tu mihi debes

liquidum est & præsens. Liquidum similiter est & præsens, quod ego Titio debeo. Hic tamen debitorum liquidorum & præsentium compensatio non fit. Compensatio enim debitorum liquidorum & præsentium tunc admittitur, cum ego tibi debeo, & tu inuicem debes mihi, cum idem inuicem creditor & debitor est, i. qui inuicem de conditione. indeb. At in præsenti ego quidem debeo tibi, Tu versa vice mihi non debes, sed Titio. Et idcirco, si à me petas centum, ego te agentem non possum propterea repellere, quod vicissim debeas Titio centum. Et quamvis verum sit, te Titio debere centum, tamen quod tibi debeo non compensabitur cum illo, quod tu Titio debes. Et hoc est, quod  
 19 dicitur in l. in rem suam s. i. hoc tit. nostro, creditorem non cogi compensare, quod alij quam debitori suo debet. Idque in tantum

tum verum est, ut procedat, etiam si creditor eius, pro eo, qui conuenit ob debitum proprium, velit compensare, d. l. in rem suam, in fine, hoc tit. nostro. Hæc verba non possunt rectius intelligi, quam si ad superius exemplum accommodentur. Per creditorem, Ictus non intelligit te, cui ego centum debeo, verum intelligit tuum creditorem, puta Titium, cui tu centum debes. Tuus est creditor, Tu es creditor meus. Et si tu pe tas à me centum, quæ tibi debeo, non fiet compensatio eius, quod tibi debeo, cum illo, quod tu, tuo creditori Titio debes, quamuis creditor tuus Titius velit compensare, pro eo, qui conuenit ob debitum proprium, hoc est, quamuis tuus creditor Titius velit, ut quod ego, qui ob proprium debitum conuenior, tibi debeo, compensetur cum illo, quod tu Titio debes. Hæc

est sententia d.l.in rem suam,in fid.  
h. t. nostro , cui aduersari videtur,  
l. si duo,de duobus reis constituens.  
20 dis. Ibi Ictus Papinianus inquit. Si  
duo rei promittendi,socij non sint,  
non proderit alteri , quod stipula-  
tor alteri reo pecuniam debet. Fin-  
ge, Titius & Sempronius sunt duo  
rei promittendi : Duo rei promit-  
tendi ita fiunt, si Titium & Sempro-  
nium interrogem hoc modo , Titi  
& Semproni spondetis , & vterque  
respondeat , spondeo aut sponde-  
mus,aut si ita interrogati,spondes,  
responderint spondemus, l. duo rei  
promittendi , de duobus reis pro-  
mittendi:Ac singuli rei promitten-  
di, in solidum tenentur. In vtraq;  
tamen obligatione vna tantum res  
vertitur , & alter debitum soluen-  
do, alterum quoq; liberat,& totam  
obligationem perimit quemadmo-  
dum Imperator noster Iustinianus  
docet, in Institu. de duobus reis sti-  
pulandi & promittendi. Reus sti-  
pulan-

pulandi, àlteri ex duobus reis pro-  
mittendi, puta Titio, pecuniam de-  
bet. Hæc pecunia non compensa-  
tur cum pecunia quam Sempronius,  
alter reus promittendi, debet.  
Papinianus etenim inquit, non  
prodesse alteri, hoc est, Sempro-  
nio, quod stipulator alteri reo, pu-  
ta Titio, pecuniam debet. Et hoc  
fit secundum regulam supr, tradi-  
tam, creditor compensare non co-  
gitur, quod alij, quām debitori suo  
debet. Si itaque reus stipulandi  
petat à Sempronio, altero reo pro-  
mittendi, promissam pecuniam,  
Sempronius pecuniam soluere re-  
nictur, nec audietur si compensatio-  
nem obijcere velit, dicendo, stipu-  
latorem vicissim debere pecuniam,  
Titio correo promittendi. Quam-  
uis enim verum sit, quod reus stipu-  
landj debet pecuniam, tamen non  
Sempronio, cum quo agitur, illam  
debet, sed alteri reo promittendi  
Titio. Et hæc secundum Papinia-

num tunc procedunt, cum Titius & Sempronius, duo rei promittendi, socij non sunt, d. l. si duo rei promittendi, de duobus reis constituendis. His verbis, si socij non sunt, Ictus ostendit, aliud esse dicendum, si duo rei promittendi, socij fuerint. Tunc si stipulator alteri reo pecuniam debeat, hoc proderit etiā alteri. Textus igitur hīc est expressus, compensari etiā, quod creditor alij, quam creditorī suo debet regu-  
**21** lariter scilicet. At certis casibus accidit, ut creditor compensare etiam cogatur, quod alij quam debitori suo debet. Ex ijs casibus, unus hic est. Si duo rei promittendi, socij fuerint, hoc est, communionem inierint, tam lucri quam damni, l. si unus ex socijs, pro socio, & stipulator, alteri reo promittendi, pecuniam debeat. Hoc prodest etiam alteri. Ideoq; si stipulator Titio debeat pecuniam, & Sempronium, alterum ex reis duobus promittendi conue-

conueniat, Sempronius stipulatori rectè compensationem obijciet, Idque societas & communio, quæ inter Titium & Sempronium est, facit, d.i. si duo rei promittendi de duob<sup>g</sup> reis constituendis. Sic si filius familiæ debeat alicui centum, & creditor filij familiæ debeat patri vicissim centum, & cum filio familiæ agatur, filius compensare potest, etiam quod patri suo debetur. Ita à Icto Paulo traditum est, in l. si cum filio familiæ, hoc tit. nostro. Hoc igitur etiam casu creditor compensare cogitur, quod alij, quam debitori suo debet, sed tota lex, si cum filio familiæ, hoc tit. nostro explicanda est. In initio legis Paulus agit de societate, quæ cum filio familiæ aut seruo contracta fuit: Ex hac societate pater vel dominus agit. Pater ideo, quia filius familiæ omnia Iura, omnes actiones, & denique totum quod acquirit, parenti suo, cuius in potestate est,

acquirit, idq; confessim, ita, vt nec momento quidem in persona filij possit subsistere, vt loquitur Ictus in l. placet, de acquir. vel amitten. possess. Et docet Imperator noster Iustinianus in titulo, per quas personas cuiq; acquiritur. Dominus agit, quia seruus legitimam personam standi in iudicio non habet, cum, quod ad ius ciuile attinet, pro nullo habeatur. l. quod attinet, de Regulis Iuris, mortuis comparetur,

**23.** l. seruitutem de Reg. Iuris & ἀπεώσ-  
μετασιταce ex persona domini sui χα-  
ρακηρίζεται, vt Theoph. in titulo de-  
stipulat. seruorum, in Institut. lo-  
quitur. Et cum pater vel dominus  
agit ex societate cum filio vel seruo  
contracta. Is cum quo agitur, soli-  
dum quod sibi vicissim debet filius-  
familias, vel seruus, per compen-  
sationem seruare potest, propterea  
quod pater vel dominus agendo ex  
societate, societatem cum filio vel  
seruo contractam, ratam habere vi-  
dentur.

dentur. Quod si pater vel dominus non agat, sed socius filij familias vel serui agat, cum patre vel domino filij vel serui, consequetur quidem socius solidum si tantum in peculio filij familias vel serui sit, ut socius inde solidum consequi possit. At si tantum in peculio filij vel serui non fuerit, ut socius inde solidū habere possit, duntaxat de peculio præstabitur, ut Ictus hīc loquitur, hoc est, hoc casu socius filij familias vel serui solidum non consequetur, sed id tantum, quod est in peculio. Diligenter igitur ex hac lege notandum est, quod id, quod per actionem seruari non potest, per compensationem seruatur. Ac certè æquum est, ut pater vel dominus, qui agit pro socio in solidum, ex eadem caussa patiatur compensationem in solidum. Et hæc de initio legis. In §. i. dictæ l. si cum filiofamilias h. t. nostro, Paulus Ictus docet, quid Iuris sit, si cum filiofa-

K 5 milias

milias agatur actione pro socio.  
 Loquitur Paulus de filiofamilias  
 cum quo agitur, non de seruo, quia  
 cum seruo agi non potest, nō idcir-  
 co tantum ut sup. dictum est, quod  
 legitimam personam standi in iudi-  
 cio seruus non habet, verum etiam  
 quod seruus contrahens ei, cum quo  
 24 contrahit, ciuiliter non obligatur,  
 In personam enim seruilem nulla  
 cadit obligatio, l. in personam, de  
 Reg. Iuris. Obligatur quidem  
 seruus naturaliter ex contractibus,  
 quemadmodum intelligitur ex l.  
 naturaliter, de condicione. indeb.  
 l. eo tempore s. etiam, de pecu-  
 lio. l. serui, de obligat. & Action,  
 quod enim ad Ius naturae attinet,  
 seruus ab alijs hominibus non di-  
 stinguitur, sed omnes homines iu-  
 re naturae sunt aequales, d.l. quod  
 attinet, de R. I. Ceterum ex ea  
 naturali obligatione Iure ciuili  
 in seruum actio non datur, Præ-  
 tor tamen in dominum serui dat a-  
 ctionem

ctionem de peculio, toto titulo de peculio, naturalem æquitatem sequutus. A Equum est, ut dominus qui lucrum capit ex persona serui, eius quoque factum præstet, l. ex qua persona, de R. I. cum secundum naturam sit, incommoda eum sequi, quem sequuntur commoda, l. secundum naturam, de Regulis iuris. Filius familias autem contrahendo ciuiliter obligatur, & in filium familias datur actio, l. tam ex contractibus, de Iudicijs. Pone nunc, societas debet patri filij familias, socius filij familias agit ex societate cū filio familias. Quæstionis est, an filij familias à socio conuentu compensare possit, quod ex societate patri adhuc debetur. Et Paulus respondet, magis esse, ut compensatio admittatur. Ac subiicit Paulus rationē, quia inquit vñc contractus est, hoc est, vna est societas ex qua debet filius, & ex qua vicissim debetur patri ipsi⁹ filij, ideoq; filius à socio conuentus compensat,

pensat, quod patri ipsius debetur. Sed debet filius, si velit compensare, quæ patri ex societate debentur, derato cauere, hoc est, debet cauere, patrem compensationem ratam & firmam habiturum, patrem non exacturum quod ipse compensauerit. Cum hac conditione, ut Ictus circa finem, d.l. si cum filiofamilias, h. t. nostro loquitur, compensatio admittitur. Filius itaq;  
 25 compensat quod patri debetur. Sic fideiussor compensare potest, quod debetur Reo principali pro quo fideiussit. l. verum est, h. t. nostro. Finge Titius debet tibi centum. Eggo pro Titio fideiussi: Tu postea cœpisti Titio debere quinquaginta, & nihilominus me conuenisti, vt centum, quæ Titius tibi debuit, & pro quibus fideiussi tibi soluerem. Iure Pandectarum, vt supr. quoq; monui, fideiussor ante reum principalem conueniri potuit, quamuis hodiè secus sit ex Nouella constitutione  
 quarta.

quarta. Quæritur ergo, an compensare possim quinquaginta, quæ Titio vicissim cœpisti debere, & reliqua duntaxat quinquaginta solvere? Et quidem inspecta regula Iuris, creditor compensare non cogitur, quod alij, quam debitori suo debet. In rem suam s.i.h. t. nostro, dicendum videbatur, me compensare non posse quinquaginta, quæ Titio cœpisti debere, sed teneri ad exsolutionem centum, quæ ex fideiussione tibi debeo. Non enim mihi vicissim quicquam cœpisti debere, sed Titio. Paulus tamen Ictus, hac ratione non obstante, in d.l.verum est, h. t. nostro tradit, me non debere ex causa fideiussionis centum, sed duntaxat quinquaginta. Quāmuis enim Titius tibi debuerit centum, & ego pro Titio fideiusserrim, tamen, quia tu postea cœpisti Titio quinquaginta rursus debere, sicque reus principalis ipso Iure plus tibi, quam quinquaginta non debet.

debet, idcirco nec ego plus quam  
quinquaginta tibi debeo, & soluen-  
do quinquaginta, sum a fideiussio-  
ne liberatus. Hanc sententiam Pau-  
lus confirmat, auctoritate aliorum  
Iectorum. Adducit enim Neratium  
itemque Pomponium qui Idem  
senserunt quod ipse. Verum est in-  
quit, quod & Neratio placebat, &  
Pomponius ait, ipso Iure eo minus  
fideiussorem ex omni contractu  
debere, quod ex compensatione  
reus retinere potest. Notandum  
est quod Paulus inquit, Fideiusso-  
rem ipso Iure minus debere ex o-  
mni contractu. Ipso Iure inquit,  
quia compensatio ipso Iure fit, ut  
supr. expositum est, & quidem o-  
lim ipso Iure fiebat, in bonæfidei  
iudicijs, non in iudicijs strictis,  
sed hodiè ipso Iure fit, in omni-  
bus iudicijs bonæfidei & stricti  
Iuris, & propterea Paulus dicit,  
fideiussorem ipso Iure, ex omni  
contractu minus debere, propterea  
quod

quod reus ex compensatione retinere potest. Fideiussor igitur à creditore conuentus, compensare potest, quod creditor non ipsi, sed reo principali debet. Adiicit Paulus creditorem malè petere centum à Reo, cui ipse vicissim debet quinquaginta. Malè petit creditor, hoc est, malè agit, & plus petit à Reo principali quam ipsi debetur, & propterea incidit in poenam plus peccatum. si quis agens, Institude Actionibus: quod nominatim etiam à Paulo traditum est, in libris receptarum sententiarum, ut in initio tertij capit. supr. dictum est. Et quia creditor à reo principali, cui vicissim debet, totum male petit, ideoque male etiam petit. totum à fideiussore, cum fideiussor non teneatur ipso Iure in maiorem quantitatem quam Reus condemnari potest, d. l. verum est, hoc tit. nostro. Et his casibus, iam expositis, exceptis, creditor non cogi-

cogitur compensare, quod alii, quam creditori suo debet, quamvis debitum liquidum fuerit, & præsens, quod Papinianus etiam, eleganti facti specie proposita ostendit, in l. cum militi, in princ. h.t. no-

<sup>26</sup> stro. Ibi miles duos reliquit heredes, vnum castrorum bonorum, alterum bonorum paganorum. Heres castrorum bonorum petit à me centum, quæ defuncto debui ex causa castrensi. Defunctus mihi vicissim debet centum ex causa pagani. Quæritur, utrum centum quæ mihi debet, quæq; iam mihi debet heres ipsius bonorum paganorum compensare possim, cum centum quæ ego defuncto, & nunc heredit ipsius bonorum castrorum debeo. Et Ictus Papinianus tradit compensationem hīc non admitti, cum militi inquit castrorum bonorum aliis, ceterorum alias heres extitit, & debitor alteri heredum obligatus, vult compensare quod ab alio debe-

debetur, non audietur. Ecce h̄ic ego defuncto debui, defunctus versa vice debuit mihi, & tamen si heres castrorum bonorum agat, & petat à me quod defuncto ex causa castrorum debui, compensare non possum quod heres bonorum Paganorum nomine defuncti mihi debet. Multo ergo minus compensatio admittetur, si creditor meus nō mihi sed alij beat. Restat ut disoluamus argumenta, quæ ijs, quæ sub hoc capite dicta sunt, aduersari videntur. Et primum quidem ei quod diximus, debitum liquidum & præsens compensari, videtur obstat, quod Iustinianus in d.l.vltima. C. de compensatio: rescripsit, Actioni depositi compensationem<sup>27</sup> obijci non posse. Finge, rem meam valentem centum nummos apud te deposui, eamque à te repeto. Tu fateris depositum, fateris etiam me statim depositum à te repetere posse. Verū dicis me tibi vicissim de-

L bere

bere centum, & vis vt quod tibi debeo, compensetur cum eo quod mihi ex caussa depositi debes. Hic debitū vtrinq; liquidū est & præsens, compensatio tamē non admittitur, d.l.fi.C.de compens. Ergo debitū liquidū & præsens non compensatur. Ad hāc obiectionē ita respondendū est. Ab eo quod diximus, debitum liquidū & præsens compensari, depositum est excipiendum. Omnibus quidem actionibus, & bonæfidei, & stricti Iuris, compensatio obijci potest, sed nō actioni depositi, Iustinian⁹ in d.l.fi.C.de comp̄s. dicit se hoc constituisse. Idem quoq; Iustinianus affirmat in §. In bonæfidei, Instit. de actio. Sed Paulus autor est, multò ante Iustiniani tépora id iam receptū fuisse. Sic enim Paul⁹ lib. 2. sent. t. 12. inquit. In causa depositi, cōpēsationi loc⁹ non est, sed res ipsa red-  
**28** denda est. Ideò autē actioni depositi cōpēsatio non obijcitur, quod depositū est optimæ fidei, h.e. maiore, amplio-

ampliorē, & vberiorem bonā fidem requirit, quām reliqui contractus omnes, qui à bona fide nomē habēt. Intelligitur hoc ex eo, quod actio depositi est famosa, l. 6. s. Illud, ex quibus caussis infam. irrog. Et quod depositarū rerū ratio anteponitur priuilegijs l. si hominē s. vlt. depositi. Et deniq; quod Chirographis depositarū rerum non obijcitur exceptio nō numeratæ pecuniæ. l. in cōtractib⁹. C. de non numerata pecunia. Non igitur debet depositi restitutio impediri cōpēsationis prætextu, sed statim depositū debet reddi absq; vlla mora. Sed rursus videtur 29  
obstare l. vlt. C. de commodato. Ibi Diocletian⁹ & Maximianus, rescripsierunt, prætextu debiti restitutio- nē cōmendati non probabiliter re- cufari. Finge, commodaui tibi rem meā centū valentē, hanc mihi resti- tuere teneris: Postea tibi incipio debere centum: Repeto à te rem meam. Tu eam restituere non vis,

L 2              sed

sed dicas me tibi vicissim debere, ac rem meam compensationis loco vis retinere, pro debito quo tibi obligatus sum. Quæstionis est, an compensationem hinc locum habeat? Et quidem Imperatores rescripsierunt, compensationem hic cessare, & te non probabiliter reculare restituere rem tibi commodatam. Compensatio igitur non solum in actione depositi cessat, sed etiam in actione commodati. Ad hanc obiectionem vulgo ita respondent. Imperatores, in d.l fin. C.de commodato, loquuntur, de debito illiquidio, quia inquiunt praetextu debitii. Et debitum illiquidum cum liquido non compensatur. Sed haec solutio, quamuis communiter sit recepta, subsistere non potest, propterea quod verbum praetextus, certam debitii caussam, siue, quod idem est, debitum liquidum presupponit, quemadmodum intelligitur ex l. vnicâ C. de nundinis & l. 3. C. ne fiscus

scus procreationem &c. Iacobus itaque Cuiacius existimauit in d.l.vlt. C. de commodato. pro commodiati, legendum esse commediti: Et commendatū nihil aliud est quām depositum, l. Lucius Titius depositi: Isidorus lib. 5. etymol. Paulus in 2. sentent. tit. 12. & in deposito ut sup. dictum est, compensatio locum non habet. Iacobus Cuiacius in interpretationibus ad libros receptarum sententiarum Pauli d. lib. 2. tit. 12. Verū idem Cuiacius in posterioribus notis ad Institutiones, in s. In bonæ fidei, Institu. de actionib. tradidit: d.l.vlt. C. de cōmodato, sic accipiendā esse, ut propter pecuniam debitam non impediatur restitutio corporis commodati, quod etiam de quacunq; alia actione dici potest. Et hæc solutio omnium videtur optima. Sola enim quantitas cum quantitate compensatur, quantitas cū corpore, aut corpus cum quantitate non compē-

satur, vt sup. est expositum. At rur-  
sus obijcitur d.l. vlt. C.de compen-  
sat. Ibi Iustinianus constituit, ne in  
actione momenti, compensatio  
admittatur. Ita enim Iustinianus  
inquit: possessionem alienā perpe-  
ram occupantibus compensatio nō  
datur. Per possessionem alienam in-  
telligit Imperator prædia aliena,  
sive fundos alienos. Et qui alienam  
possessionem, sive fundos alienos,  
aut prædia aliena occupat, actione  
tenetur, quæ dicitur mometi actio,  
quia pro momentanea possessione  
**31** datur. I. mometarię. C. vnde vi. Hanc  
possessionem Interpretes summaris-  
simam possessionem, & possessoriū  
summarissimum appellant, quia sci-  
licet in iudicio possessionis summa-  
riè proceditur, ne partes super pos-  
sessione litigantes ad arma perueni-  
ant. Ob hanc caussam actio mometi  
dicitur celeris reformatio. I. si colo-  
ni C. de agricol. & censitis, lib. II.  
& celetis executio ac redhibitio I.

5. C. Theod. de denuntiat.l.4.C.  
Theod. vnde vi. l.i.C. Theod. de in-  
quilinis & colonis. Et cum actione  
momenti agitur, ei compensatio  
non potest obijci.d.l.vlt.C. de com-  
pens. Finge igitur, Tu possessionem  
meam siue fundum meum perperam  
occupasti, & fundus valet centum  
aureos. Ego vicissim centum tibi  
debeo aut etiam plus. Si repe-  
tam à te possessionem siue fundum  
meum, tu mihi agenti, & posses-  
sionem siue fundum repetenti, non  
potes obijcere compensationē. Hic  
igitur etiam debita, quantumuis li-  
quida, non cōpensantur. Respondē-  
dum est hoc modo. Sicuti in actio-  
ne depositi, compensatio locū non  
habet, ita quoq; cōpensatio non ad-  
mittitur in actione momenti. Ratio  
est, quia Reipub. interest ut posses-  
sio per vim alicui erupta quam primū  
restituatur. Et res esset mali exem-  
pli, possessionē alicui vi eripere, &

se postea compensatione defende.  
 32 re. Ob hanc ipsam caussam appellatio quoq; in actione momenti locum non habet, l. vnicā, C. si de momenta: possēt. fuerit appellat. Deniq; obijcitur l. vnicā, §. taceat C. de rei vxor. actio. Ex ea lege videatur dicendum, actioni ex stipulatu de dote compensationem quoq; obijci non posse. Nam Imperator Iustinianus ibi constituit . vt cum de dote agitur , actione ex stipulatu, cessent omnia retentionum genera. Per compensationem autem fit retentio l. verum est, h.t.nostro. Ibi Ictus Paulus dicit , fideiussorem eo minus ex omni contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest.. Compensatio igitur in actione ex stipulatu de dote cessat. Et sanè actio ex stipulatu de dote pleraq; singularia præ reliquis actionibus habet.Nam etsi actio ex stipulatu de dote,reuera interposita non fuerit, tamen soluto matri monio

monio competit & intercessisse  
fingitur, d.l. vnicā, §. taceat, C.de  
rei vxor. act. Numeratur etiam in-  
ter bonæfidei iudicia, cum alioquin  
stipulationes sint stricti iuris. §.  
fuerat, Institu. de act. Et mulier a-34  
gens actione ex stipulatu de dote, o-  
mnibus creditoribus mariti, tem-  
pore anterioribus, præfertur, l.in  
rebus dotalibus. C.de Iure dotium,  
etiamsi expressam hypothecam ha-  
bent, l. assiduis C. qui potiores in  
pig. habe. Sunt & alia complura  
dotis priuilegia, inter quæ Franci-  
scus Duarenus, in l. 1. & 7. soluto  
matrim. quemad. dos petatur. &  
hoc refert, quod actioni ex stipu-  
latu de dote non potest obijci com-  
pensatio, per d.l. vnicam, §. taceat,  
C. de rei vxor. act. & secundum  
hanc Duareni sententiam, per d.s.  
taceat, multa in libris nostris loca  
correcta erunt, quæ, cum de dote  
agitur, compensationem admit-  
tunt, l. fructus, §. ob donationes. l.

rei iudicatæ, s. i. l. si constante, s. si  
vxor, l. penult. s. i. soluto matrim.  
quemad. dos petatur. l. vtilium, de  
impensis in res dota factis. l. neq; C.  
de compensat. l. i. C. rerū amotarū.  
Sed Duarenus in hac re singularis  
est, eiq; communiter nostri inter-  
pretes aduersantur. Traditum  
namq; communiter ab interpreti-  
bus nostris est, Imperatorem Iusti-  
nianum, in d. s. taceat, loqui de spe-  
cie non compensanda, atq; ita in  
interpretes volunt, etiam in actione  
ex stipulatu de dote compensatio-  
nes fieri eorum, quæ hinc inde de-  
bētur, si modò corpora siue species  
non debeātur. Et hanc esse commu-  
nem interpretum nostrorum senté-  
tiam. Alexander testatur in d. l. rei  
iudicatæ, s. i. soluto matrim. quem-  
ad. dos petatur, eaque retenta,  
leges superiores omnes, quæ, cum  
de dote agitur, compensationem  
admittunt, incorrectæ manebunt.  
Verisimile tamen non est, Impera-  
torem

torem nostrū Iustinianum in d.l.i.s. taceat, C. de rei vxor.act.de specie non compensanda, ut ab Imperatoribus nostris vulgò traditum est, loqui. Nunquam enim specierum siue corporum cum quantitate compensatio fuit admissa. Et frustra omnino Iustinian⁹ prohiberet, quod admissum nunquam fuit. Verbum quoq; taceat, quo Iustinianus vtitur apertè ostendit, loqui Imperatorem Iustinianum, de eo quod Iure & vsu receptum tunc temporis fuit. Taceat inquit retentio- num verbositas, hoc est, retentiones taceant, in posterum non admittantur. Quare dicendū videtur sufficere non posse intellectum interpretū nostrorum, communiter voluntium, Imperatorem Iustinianum in d.s. taceat, prohibere specierum siue corporum compensationem, cum actione ex stipulatu de dotē agitur. Atq; ita Zafius, rectè sensit libro 2. intellectum singularium, & in

& in explicatione tituli soluto ma-  
trim. quemadmodum dos petatur.  
Nihilominus tamē verum est, quod  
idem quoq; Zasius rectè tradidit,  
per d. l. l. s. taceat, C. de rei vxor.  
act. iura vetera , compensationem  
in actione de dote admittentia, non  
35 corrigi. Etenim Imperator Iusti-  
nianus de retentione loquitur, non  
de compensatione, & retentiones  
sublatæ sunt, compensationes non  
item, atque ita aliud esse retentio-  
nem, aliud compensationem Barto-  
li tradidit in d.l.rei iudicatæ, s.l.in  
fine. Et quamuis Bartoli opinionē,  
Alexander , & alij improbant , ta-  
men eam Zasius in intellectibus sin-  
gularibus sequitur , eaq; verissima  
est. Aliud enim est compensatio,  
aliud retentio, aliud deductio. In-  
telligitur hoc ex eo, quod compen-  
satio à deductione siue retentione  
distinguitur , in l. amplius. rem ra-  
tam haberi. & in l.filium, C. famil.  
hercif. Fit etiam compensatio ipso  
Iure

Iure, ut tandem placuit omnibus,  
 l. posteaquam, h. t. nostro, ut supr.  
 dictum est latius. Deductio siue re-  
 tentio ipso iure non fiebat, sed per  
 exceptionem. Deniq; compensatio  
 omnis, iuris est. Deductio siue re-  
 tentio plerumque est facti, quia ut  
 dictum est, per exceptionem fit.  
 Plerumque verò dico, quia inter-  
 dum deductio siue retentione-  
 lis. Ut cum dicitur, Retentionem  
 dotis fieri ipso iure, ob impensas  
 necessarias, l. seruus quem, De a-  
 ctio. empti. l. quod dicitur, de im-  
 pensis in res dotales factis, l. dote  
 prælegata, de dote prælegata. Et  
 qui habet deductionem siue reten-  
 tionem facti, & per errorem soluit,  
 solutum tanquam indebitum repe-  
 tere non potest, l. ex quibus, l. si in  
 area, de condict. indeb. At qui ha-  
 bet deductionem siue retentionem  
 iuris, & per errorem soluit, solutū  
 tanquam indebitum potest condi-  
 cere, d.l. seruus quem, de actio. emp.  
 d.l. quod

d.l. quod dicitur, s. vlt.de impensis  
in res dot. factis. Ex his relinqu-  
tur, compensationem in actione ex  
stipulatu de dote locum habere.



## CAPVT QVINTVM.

### Compensationem in caussis fiscalibus locum habere.

1. *Compensatio fit etiam in caussis fi-  
sci.*
2. *Statio quid significet.*
3. *Emendatur l.2. C. de solutionib.*
4. *Non semper compensatur quod ab una  
statione debetur.*
5. *Explicatur l. 3. C. de compensationi-  
bus.*
6. *Quanam pecunia dicatur deberi ci-  
uitati ex calendario.*
7. *Calendariū quid sit, & unde dicatur.*
8. *Qui ciuitati debet pecuniam ex calen-  
dario, compensationem non potest  
objcere.*  
o. Ve-

9. Vectigalia quænam sint.
10. Vectigalia & tributa sunt in duplice differentia.
11. Qui ciuitati debet alimenta compensationem obijcere non potest.

Ompensatio non solum fit in caussis priuatorum, verùmetiam in caussis fisci. Ita enim à Paulo traditum est in l. fin. h.t. nost. Iussit, inquit Paulus, Imperator audiri approbantem sibi à fisco deberi, in quod ipse conuenitur. Si igitur Titius fisco debeat centum, & fiscus vicissim debeat Titio, fisco agenti & debitum petenti, Titius rectè compensationem obijciet. d. l. fina. h.t. n. Idem traditum est ab Vlpiano in l. dem Iuris est, h.t. Dixerat Vlpianus in l. proximè præcedenti, cum alter alteri pecuniam sine usuris, alter usurariam debet, à Diuo Seuero constitutum esse, concurrentis apud vtrumq; quantitatis usuras non esse præstandas. Et hoc Vlpianus tradi-

tradidit lib. 32. ad edictum: subijci-  
tur postea ex eodem Vlpiano ex li-  
bro 64. ad edictum idem iuris esse  
non solum in priuatis, verūm etiam  
in caussis fisci constitutum. Nam si  
fiscus Titio debeat pecuniam sine  
vsuris, & Titius debeat fisco vsuma-  
riam pecuniam, concurrentis apud  
fiscum & Titium quantitatis vsumæ  
non præstabuntur. In caussis igitur  
fiscalibus compensatio etiam locū  
habet, idque sæpe constitutum est,  
Hermogeniano teste in l. aufertur,  
§. vt debitoribus, de Iure fisci. Et  
Antonino Imperatore autore, sena-  
tus censuit, & sæpè rescriptum est,  
compensationi in caussa fiscalis lo-  
cum esse, l.i.C.de compensat. Hoc  
tamen ita procedit, si eadem statio  
quid debeat, quæ petit. Nam ei re-  
ctè compensabo, quod mihi vicis-  
sim ab eadem statione debetur, d. l.  
i.C. de compensat. Cæterūm quod  
vna statio mihi debet, id , altera  
statione agente, compensare non  
possum,

possum, idq; tenaciter seruandum  
esse Imperator Antoninus monet,  
ne fiat diuersorum officiorum fi-  
scalium confusio. d.l. i. C. de com-  
pensat. Statio interdum portum si-  
gnificat, in quem importantur &  
exportantur merces, & idem sunt  
portus & statio l. portus de V.S.  
Ac dicitur portus statio, quod na-  
ues in portu, tutò stare possunt. l.i.  
de fluminibus: Hic stationes sunt  
mansiones in quibus officia fiscalia  
consistunt. Et ita stationis verbum  
exaudiendum est in l.i.C. ne fiscus  
rem quam vendidit euincat lib. 10.  
vbi dicitur, non solum ab eadem  
statione, sed ne ab alio quidem rem  
retrahi debere, cuius pretium se-  
mel fiscus accepit. Eodem modo 3  
intelligendum est stationis verbum  
in l.2. C. de solut. vbi tamen pro  
rationibus, legendum est stationi-  
bus, vt & Accursius legit. Sic in N.  
91. duo fiscalia debita, sunt duarum  
fisci stationū debita. Et ad d.l. i. C.

de compens. Græci ita eleganter  
inquiunt. ὁ δῆμος οὐδὲν διαφόροις επιτε-  
χίαις ἔχει τὰς πέντε φιλίας τῶν αὐτῶν πέντε  
μάτων, καὶ λέγεται ἐκεῖνη Φιλία, τοιούτῳ  
hoc est, fiscus in diuersis prouincijs  
habet procuratores rerum suarū, &  
vnaquæq; procuratio dicitur sta-  
tio. Iacobus Cuiacius ad l.i.C. ne fi-  
scus rē quam vēdidiit euincat, libro

- 4** 10. Illud nūc notandum est, quod vna  
statio mihi debet, id eadē statione  
aduersum me agente, nō semper cō-  
pēsari posse. Etenim si fiscus pretiū  
rei venditæ petat, pretium statim  
soluere teneor, nec cōpensatio lo-  
cum habet d.l.aufertur s.vt debito-  
rib. de iure fisci. Si priuatus petat  
rei venditæ pretium compensatio  
admittitur: At secus est in fisco. Et  
hanc differentiā inter fiscū & pri-  
uatum, rei venditæ pretiū petentē,  
tradidit Alexander in l.7.C. de cō-  
pens. si ex venditione, inquit Ale-  
xander pretium vēditori debetur,  
cōpensationis ratio oponitur. Ad-  
uersus

uersus fiscū enim solūmodo empto-  
res petitioni pretij cōpensationē  
obijcere prohibētur: Similiter cō-  
pensatio aduersus fiscū non admit-  
titur, si fiscus petat tributa aut sti-  
pendia vel annonas, d.l. aufertur §,  
ut debitoribus de Iure fisci. Et hoc  
ctiam in ciuitatibus receptum est;  
Quod ciuitati debetur cōpensatur  
quidē cum eo, quod ab eadem ciui-  
tate vicissim debetur, sed hoc non  
procedit, si ciuitati ex causa tribu-  
torum vectigaliū aut simili aliqua  
caussa debeatur, quēadmodū ex re-  
scripto Alexādri Imperatoris intel-  
ligitur quod proponitur in l. 3 C. de  
compens. eius rescripti verba hæc 5  
sunt. In ea quæ Reipub. te debere  
fateris, compensari ea quæ inuicē  
ab eadē tibi debētur, is cuius de ea  
re notio est, iubebit. His verbis, is,  
cuius de ea re notio est, Alelexāder  
Imperator præsidem prouinciæ in-  
telligit & subijcit Alexāder, ita de-  
mū autoritate præsidis prouinciæ

compensationem admitti eius,  
quod Respub. siue ciuitas debet,  
si neq; ex calendario, neque ex ve-  
ctigalibus, neq; ex frumenti vel o-  
lei publici pecunia , neq; tributo-  
rū, neque alimentorum , neq; eius  
quæ statutis sumptibus seruit,neq;  
fideicommissi ciuitatis debitor sis.  
Hoc rescripto Alexander primum  
excipit pecuniam quæ ciuitati de-  
betur ex calendario. Pecunia ciui-  
6 tati deberi dicitur ex calendario,  
quæ debetur ex pecunia , quæ à  
ciuitate ad hoc destinata est, vt fœ-  
nori collocetur. Huius pecuniæ  
proprius erat curator, qui diceba-  
tur calendarij curator. l. vlt. ff. de-  
mun. & hon. Et pecunia ex ca-  
lendario dicebatur deberi quia in  
calendario prescribebatur mutu-  
am pecuniam à ciuitate sumptam  
7 esse. Calendarium, liber fœnera-  
toris erat. l. eius qui in prouincia,  
si certum petatur. l. vlt. de pecul.  
l. Lucius Titius de legat. 3. Inde  
dictus,

dictus, quod veteres vſuras in Calendas stipulari solebant, quamuis plerumq; soluerentur Idibus l. si ex plurib. ſ. vlt. de ſolutio. Horat.

*Omnem rededit Idibus pecuniam,  
Quarit calendis ponere.*

Quemadmodum alibi latius expoſitum est. Et qui ciuitati debet pecuniam ex calendario, compensationem obijcere non potest, ſi ciuitas ex alia cauſa vicifim ipſi quid debeat; ne ciuitatis pecunia vñquam ſit ocioſa vel ſterilis. Deinde Alexander excipit vectigalia. Et ciuitati vel reipub. compensationio non obijcitur, ſi vectigalia pe-  
tat. Vectigalia ſunt quæ præstan-  
tur pro mercibus quæ importan-  
tur & exportantur. Sunt enim  
duplia vectigalia ἔχαγώνκαι &  
ἔπαγώνκαι Strabo lib. 17. Et deben-  
tur vectigalia vel fisco l. omnium  
C. de vectigal. & commis. ciuitati-  
bus & rebus publicis l. vectigalia  
& l. exceptis, C. de vectiga. & com-

mis Tertio ex rescripto Alexandri compensatione non vtitur debtor pecuniæ, quæ oleo vel frumento coëmendo destinata est. Huius pecuniæ proprij etiam erant curatores quos *σιτωνας & έλαιωνας* appellabant, d.l. fin. de muner. & honor. Quarto compensatione non vtitur, ex rescripto Alexandri, Tributo torum debtor. Quemadmodum vectigalia alia fisco, alia ciuitatibus debentur, vt sup. diximus, ita tributa alia debentur fisco, d.l. auferunt s. vt debtoribus, de Iure fisci, alia ciuitatibus siue Reipub. d.l. 3.C, de compensat. & si ciuitas petat tributa, & vicissim quid debeat illi à quo tributa exigit, compensationi locus non est, quod etiam in fisco tributa petente obtinere sup. dictum est. Quinto, ex rescripto Alexandri, compensatione non vtitur debtor alimentorum, hoc est, qui debet ciuitati alimenta quas copias vocamus, l. ob negotium

tium h.t.n.l.4. C. Theodo. de operibus publi. Tempore expeditonis solet magistratus mandare ut copiae siue alimenta subministrentur. Et qui condemnatur ob negotium copiarum, expeditionis tempore mandatarum, pecuniam iure compensationis retinere non potest, d. I. ob negotium h. t. n. Sexto compensationem ex rescripto Alexandri non habet, qui quid debet ex ea pecunia, quæ seruiat solemnibus sumptibus ciuitatis, utputa operum aut viarum. Deniq; ex rescripto Alexandri, compensationem non habet qui ciuitati debet, ex causa fideicommissi ciuitati relieti. At qui ex causa fideicommissi priuato debet, habet compensationem ut traditum est

in l. 5. C. de compensat.



## CAPVT VLTIMVM.

De Vi & effectu compensa-  
tionis.

1. *Compensatio pro solutione est.*
2. *Per compensationem interdum ser-  
uatur solidum, quod per actionem  
seruari non potest.*
3. *Qui soluit cum posset compensare, so-  
lidum quasi indebitum potest re-  
petere.*

**E**ffectus compensatio-  
nis hic est, quod compé-  
natio pro solutione est,  
& qui compensat solui-  
se videtur l.3.h.t.n. Quemadmodū  
igitur solutione eius quod debe-  
tur omnis obligatio tollitur. s. i.  
Instit. Quib. mod. oblig. &c. Ita  
quoque compensatione facta dis-  
soluitur obligatio. Ex quo conse-  
quenter sequitur, facta compensa-  
tione

tione fideiussores liberari. l. 4.h.t.  
n. liberari item pignora l. inuicem  
C. de compensat. si modo totum  
debitum compensatione fuerit  
sublatum. Si pars tantum debiti  
per compensationem sublata est,  
fideiussor non liberatur, non libe-  
rantur etiam pignora, sed solutio-  
ne residui facta, vel pecunia con-  
signata & deposita, creditore obla-  
tam accipere nolente, liberatio  
contingit.d. l. inuicem, C.de com-  
pensat.

Secundus effectus compensa- 2  
tionis est, quod per compensatio-  
nem interdum solidum seruatur,  
quod per actionem seruari non  
potest l. si cum filiofamilias hoc  
tit.nost.

Tertius effectus est, quod is 3  
qui soluit,cum compensare posset,  
solutum quasi indebitum potest  
repetere. l. si ambo s. si quis igitur  
h.t.n. Soluto autem eo quod per  
compensationem seruari non po-

tuist, non competit condic<sup>t</sup>io indebiti, sed crediti sui petitio, l. qui inuicem de condic<sup>t</sup>. indeb. aut debiti exactio. l. si velit. C. de compensationat. Et tantum de compensationibus.



## INDEX

INDEX EARVM RE-  
RVM QVAE HVIC TRA-  
ctatui potissimum adnotatæ  
sunt.

Prior numerus paginam posterior  
summarium cuiuslibet colu-  
mnæ denotat.

A.

- Actio quid sit.* 91.14  
*Actio, actionem in personam significat.* 19.19  
*Actio personalis sine debito, sine obliga-  
tione non est.* 92.16  
*Actio momenti dicitur celeris reforma-  
tio.* 150.31  
*Actiones pœnales per litis contestationem  
ad heredes transmittuntur ab utra-  
que parte.* 128.17  
*Ad compensationem requiritur debitum  
præsens.* 120.6  
*Aduersus fiscum emptores petitioni pre-  
cij solummodo compensationem obi-  
cere prohibentur.* 162.4

Alexan

# INDEX.

- Alexander unde Seuerus dictus.* 88.11,  
*Aliud est retentio aliud compensatio.*
- 156.35
- Aliud pro alio in iusto creditoris solvi non  
potest.* 60.10
- Appellatio in actione momenti locum non  
habet.* 152.32
- Appellatione interposita iudex nullo mo-  
do ad executionem rei iudicata pro-  
cedere potest.* 111.35
- Approbatur Duarenii sententia qui valde  
singularis est in l. unic. §. racciat C.  
de rei uxori.act.* 154.34
- Approbatur Zasij sententia 2. sing. resp.  
in explic. tit. de solut. mat. quemad.  
dos per. Et nihilominus tamen verū  
manere quod idem quoq; Zasj. rectè  
sensisset per d.l.i.s. racciat C. de rei.  
ux. act. iura vetera compensationem  
in actione de dote admittentia non  
corrigi.* 156.34
- C.
- Calendarium quid sit & unde dicatur.* 164.7
- Compensatio quid sit.* 8.2
- Com-

# INDEX.

- Commodatum nihil aliud est quam depo-  
situm, 149.29
- Compensatio debitorum liquidorum re-  
ctè fit litis contestatione non obstan-  
ze. 126.14
- Compensatio diligentiori, qui litem est  
contestatus, denegari non debet.  
129.17
- Compensatio actioni depositi non opponi-  
tur. 145.28
- Compensatio an in actione momenti locū  
habeat. 150.30
- Compensatio in causis fisci etiam locum  
habet. 159.1
- Compensatio aduersus fiscum non admittit-  
ur, si tributa aut stipendia vel  
annonas petat fiscus. 162.4
- Compensatio obijci non potest quando ci-  
uitati quis pecuniam ex calendario  
debet. 164.8
- Compensatio non obijcitur quando quis ci-  
uitati debet alimenta. 166.11
- Compensatio non admittitur ei qui debet  
quid ex ea pecunia quæ solennibus  
sumptibus seruit. ibidem.
- Compen-

# INDEX.

- Compensatio non obijicitur ex causa fidelis  
commisi.* ibidem.
- Compensatio pro solutione est.* 167. 1. & 121. 8
- Compensatio alias pensatio dicitur.* 17. 15
- Refutatio argumentorum que definitioni obstat evidenter.* 18. 16. & 33. 37. & 35. 38. & 31. 46. & 48. 54
- Compensatio impropriè ad delicta pertinet.* 39. 42
- Compensatio sola pecunia & quantitate fieri potest.* 53. 1. *Ratio huius rei appennitur infra.* 59. 9
- Compensatio ex veterum sententia ex pari specie, ex pari causa vel dispari admittitur.* 61. 12
- Refutatio contrariorum circa banc questionem.* 71. 25. & 72. 26
- Compensatio corporum cum quantitate nulla est.* 62. 14
- Refutatio argumentorum que à Duar. mouentur quibus probare vult corporum esse compensationem.* 63. 15. usq; ad n. 21.
- Compen-*

# INDEX.

- Compensatio fit per viam retentionis solum  
luto verò per viam dationis.* 74.28.
- Compensatio à lege fit, solutio verò ab ho-  
mine.* 74.29
- Compensatio ipso fit iure.* 78.1. & 142.  
25
- Compensatio ipso iure fit, quando non in-  
terueniente hominis factō sed ipsius  
legis vi & potestate fit.* 80.3
- Compensatio quando fiat.* 116.1
- Compensatio ut fiat ex causa liquida quis  
auctor est.* 117.3
- Compensatio ex aequitate est introducta.*  
120.5
- Compensatio olim in bonafidei iudicijs  
tantum fiebat.* 81.4
- Compensatio in strictis iudicijs unde ini-  
tium habet.* 85.8
- Compensatio hodie ex omnibus contracti-  
bus ipso iure admittitur* 88.11
- Refutatio contrariorum quibus pro-  
bari viderur ipso iure compensatio-  
nem non fieri.* 89.13. & 95. 20. &  
97. 23. & 101. 28. & 102. 29. & 107.  
33. & III. 36.
- Compen-*

# INDEX.

- Compensationis verbum uno modo in iure  
non accipitur, interdum ad quanti-  
tatem refertur. 36. 39. interdum pro  
imputatione sumitur 40. 43. inter-  
dum cuiuscunq; emolumenti perce-  
ptionem 41. 44. interdum etiam de-  
ductionem. 41. 45*
- Compensatione facta fideiussores liberan-  
tur. 167. I*
- Compensatione facta unicuiq; liberum  
est ea vti, vel non vti. 99. 25*
- Confessis & iudicatis olim 30. dabantur  
dies 122. 9. hodie vero ex constitu-  
tione Iustin. 4. menses iudicatis  
dantur. 122. 10*
- Contribuere quid significat. 16. 14*
- Creditor & debitor communiter qui sint.  
13. 9*
- Creditor & debitor in propria significa-  
tione qui sint. 13. 8*
- Creditor compensare non cogitur id quod  
alij debet, quam debitori suo. 129. 18  
nisi certis in casibus. 134. 21*
- Creditor iure P. & C. cum reo principaliter  
fideiussoribus simul agere potest. 96. 22  
Credi-*

# INDEX.

- Creditori iure p. & C. integrum fuit an  
reum principalem an fideiussorē con-  
uenire vellet.* 96.21
- Creditorum appellatione qui intelligen-  
tur.* 9.4

## D.

- Debitum & creditum in iure varie ac-  
cipiuntur.* 8.4
- Debitum & creditum propriissimè de mu-  
tua pecunia dicitur.* 8.3
- Debitum & creditum in compensationis  
definitione quomodo accipiendum.* 14.10
- Debitum certo loco soluendum compensa-  
tur.* 125.12
- Debitum liquidum itemq; præsens com-  
pensationem non impedit.* 125.11
- Refutatio argumentorum quibus pro-  
batur compensationem in præsenti  
debito non admitti.* 145.27
- Debita naturalia recte compensantur.* 15.11. & 28.31
- Refutatio contrariorum quibus pro-  
bare*

N

# INDEX.

- bari* video*ur debita naturalia com-*  
*pensari non posse.* 41. 46. & 46. 50.  
    & 46. 51. & 48. 56. & 49. 57
- Debitor* & *creditor* *relativa* & *correla-*  
*tiva* *sunt.* 8. 2
- Debitor* *pecuniae* *mutuae* *casum fortuitum*  
*præstare* *tenetur.* 12. 6
- Debitor* *post factam* *ipso iure compensa-*  
*tionem*, *amplius* *creditori* *non debet*,  
*nec igitur amplius obligatus* *fit ne-*  
*cessere* *est.* 92. 16
- Deductio* *sive retentio* *non fiebat* *ipso iu-*  
*re* *sed per exceptionem.* 157. 35
- Deductio* *sive retentio* *plerumque* *facti est.*  
    *ibidem*
- Deductio* *sive retentio* *interdum iuris est*  
    157. 36
- Differentia* *ratio inter diem obligationis*  
& *diem humanitatis.* 123. 11

## E.

- Edictum* *peremptorium* *quid sit.* 19. 17
- Electio* & *voluntas* *fideiussoris* *pertinet*  
*ad compensationem* *iam factam*, *no*  
    *etiam*

# INDEX.

- etiam ad compensationem quæ fieri  
adhuc debeat. 98.23
- Emphyteuta canonem non soluens, intra  
biennium vel triennium ipso iure  
emphyteusi cadit. 101.27.
- Exceptio inopie quam maritus habet et-  
iam filijs competit. 30.33
- Exceptio doli mali semper facit bonæfidei  
iudicium. 84.7
- Exceptio doli & quod metus causa perem-  
ptoriae sunt & naturalem & ciuilem  
obligationem tollunt. 25.25
- Exceptio est actionis exclusio. 91.15. &  
93.15
- Exceptio doli mali hodie etiam strictis iu-  
dicijs inest. 112.37
- Exceptio S.C. Velleiani naturalem & ci-  
uilem obligationem simul tollit. 19.  
18. & 24.19
- Exceptio pacti conuenti naturalem & ci-  
uilem obligationem perimit. 21.21
- Exceptio iuris iurandi omnem tollit obli-  
gationem. 23.24
- Exceptionem inopie etiam socius à socio  
conuentus, habet. 31.34

# INDEX.

<i>Exceptionem in opia habentes omnes obligati manent.</i>	32.35.
<i>Exceptiones quedam inueniuntur quae ciuilem quidem obligationem tollunt, naturalem autem non perimunt.</i>	25.
	27
<i>Prima.</i>	25.28
<i>Secunda.</i>	27.30
<i>Tertia.</i>	29.32
<i>Ex obligatione naturali in seruum iure ciuili non datur actio, sed praetor in dominum serui dat actionem de peculio.</i>	138.24
<i>Explicatio l. fin. C. de compens.</i>	88.II
<i>l. s. ff. de compens.</i>	95.20
<i>l. 2. ff. de compens.</i>	99.25
<i>l. Labeo ff. de compens.</i>	101.28
<i>l. Vtiles s. fin. de petit. hered.</i>	102.29
<i>l. 6. C. de compens.</i>	109.39
<i>l. Vnum ex familia s. sed si uno. de legat. 2.</i>	111.36
<i>l. Vlt. C. de compens.</i>	116.2
<i>l. Cum militi in fin. d. compensat.</i>	
	123.II. & 144.26
<i>l. Pecuniam ff. de compensat.</i>	125.13
	Explico.

# INDEX.

- Expl. l. In compensationē ff. de compens.* 127.15  
*l. In rem suam s. i. ff. de compens.* 130.19  
*l. Si duō ff. de duob. reis quae pugnare  
videtur cum l. in rem suam de com-  
pensat.* 134.21  
*l. Si cum filio fam. ff. de compensat.* 135.22  
*l. Vlt. C. Commod. qua probari vide-  
tur compensationem in commodati  
actione locum non habere.* 146.29  
*l. Vnic. §. racea. C. de rei uxor. act.  
ex quā dicendum videtur actioni ex  
stipulatu de dote compensationem  
non posse obijci.* 152.33  
*l. 2. C. de solut.* 161.3  
*l. 3. C. de compens.* 163.5  
*l. Incendium C. si cert. pet.* 11.5  
*l. s. §. Is quoq; de O & A. eiusq; vera  
sententia.* 12.7  
*l. Si non sortens s. libertus de con-  
dict. indeb.* 22.23  
*l. Cum debitore cum l. seq. ff. de iu-  
reiur.*

# INDEX.

reiur.

24.25

F.

*Facti exceptio in iure nulla est, licet pragmatici contrarium sentiant.* 93. 18  
*Falcidia ipso iure legata refecat.* 101. 27  
*Fideiussor compensare potest, quod debetur reo principali pro quo fideiussit.*

140.25.

*Fideiussor si compensatione ipso iure facta uti non vult inuitus ea uti non cogitur.* 99.24

*Filius fam. mutuam pecuniam accipiens naturaliter & ciuiliter obligatur.*

25.29

*Filius fam. contrabendo ciuiliter obligatur & in eum datur actio.* 139. 24

*Filius fam. a socio conuenies an compen-*  
*sare possit.* 139.24

H.

*Heres mariti ob res donatas, amotas & impensis compensatione uti potest, non autem ob mores mulieris gra-*  
*uiores & leuiores.* 38.41

I.

*Id quod per actionem seruari non potest per*

## INDEX.

- |  |                |
|--|----------------|
| <i>per compensationem seruatur.</i>  | 137.           |
|  | 23             |
| <i>Illud quod dicitur in mulierem intercedentem non esse actionem nec petitionem, quomodo sit intelligendum.</i> |                |
|  | 19.19          |
| <i>In alternatiis electio est rei sive promissoris.</i>  | 42.48          |
| <i>In alternatiis promissionibus virumq; non debetur.</i>  | 119.4          |
| <i>In compensatione non inspicitur causa ex qua quantitas debetur.</i>   | 60.II          |
| <i>Indebita soluta ex parte accipientis fiunt natura debita.</i>   | 42.47. & 44.49 |
| <i>Initium à definitionibus rerum sumendum est.</i>  | 7.I            |
| <i>In pupillum datur actio ex rescripto D. PII. non ex obligatione.</i>  | 48.55          |
| <i>In iuto creditori pars non rectè soluitur.</i>  |                |
|  | 73.27          |
| <i>Is qui inuicem creditor &amp; debitor est, compensare potest.</i>   | 17.14          |
|  | L.             |
| <i>Libertus à natura patrono suo operas debet.</i>   | 22.23          |

# INDEX.

*Liquidum cum illiquid compensari non potest.* 116.2. & 119.4

M.

*Mulier intercedens pro aliquo obligatur naturaliter & ciuiliter, & in eam datur actio.* 19.18

*Mulier in dote prefertur omnibus creditoribus tempore anterioribus.* 153.34

N.

*Nemo persequendo causam suam deteriorum facit.* 128.16

*Nihil interest actionem ipso iure non habere, an per exceptionem infirmare.* 28.19

*Non entis nulla sunt qualitates.* 93.17

O.

*Obligatio est mater actionum.* 92.16

*Omnis obligatio pro contractu habenda est.* 9.4

*Opponere compensationem quid sit.* 94.19

P.

*Pactum qualem obligationem producat.* 15.11

*Pacta exceptionem pariunt.* 21.22

*Paria*

# INDEX.

- Paria delicta mutua pensatione soluuntur.* 35.38.  
*Pecunia latius sumpta quid.* 54.3  
*Pecunia quenam ciuitati ex calendario deberi dicatur.* 163.6  
*Pecuniae verbum quomodo in hac compensationum materia accipiatur.* 57.6  
*Pecuniae strictissima significatur quæ sit.* 54.2. & 56.5  
*Pecuniae verbum ad pecuniam numeratā refertur.* 54.2  
*Petitio hereditatis olim non erat bona fidei actio sed nonnulli eam pro bona fidei actione habebant.* 108.31  
*Petitio actionem in rem significat.* 19.19  
*Per compensationem interdum solidum seruatur.* 167.2  
*Portus cur dicatur statio.* 161.2  
*Perimere quid sit.* 18.17  
*Possessio in iure pro prædio accipitur, estq; id. IC. & Impp. usitatisimum.* 89.14  
*Possessorium summarisimum quodnam sit.* 150.31  
*Pupillus locupletior factus rectè soluit.* 47.52

# INDEX.

- Pupillus quod locupletior factus debet, rectè compensatur. 47.53  
Procurator absentis conuentus non debet de rato cauere. 78.1

2.

- Quantitatis verbo quid contineatur. 57.7  
Quæ in diem debentur antequam dies veniat compensari non possunt. 121.7  
Quæ in diem debentur statim debentur, sed peti antequam dies venerit non possunt. 121.8  
Quæ iudicatus debet, intra tempora iudicati rectè compensantur cum eo quod ipsi vicissim debetur. 122.10  
Qui litem contestatur aut secum contestari patitur diligentior est eo, qui remin iudiciū non deducit. 128.15  
Qui agit actione momenti ei compensatio obijci non potest. 151.31  
Qui soluit cum compensare posset, solidū quasi indebitū potest repetere. 167.3  
Qui ex donatione conuenitur in id tantum quod facere potest condemnatur. 32.36  
Qui

# INDEX.

- Qui bonis cessit non in solidum sed in id tantum quod facere potest condemnatur, si idoneum postea emolumen-  
tum acquisierit. 33.36
- Quilibet iurisibi competenti renunciare  
potest. 99.24
- Quod nullum est exceptione remoueri  
non potest. 93.17
- Quod una statione debetur non semper  
compensatur. 161.4
- Quotiescumq; ipso iure quid factum est,  
necessè est ut id ipsum allegetur, si  
modo quis iuris beneficio vni veliz.  
110.26

## R.

- Ratio cur D. Marcus rescripsit compensa-  
tionem in strictis iudicijs dolii mali  
exceptione opposita admittendam  
esse. 84.9
- Ratio cur cum seruo agi non possit. 138.24
- Regula iuris, ut dominus qui lucrum ca-  
piat ex persona serui, eius quoq; sa-  
ctum præstet. 139.24
- Res pondere, numero & mensura quare-  
dicantur quantitates. 58.8
- Peten-

# INDEX.

*Retentionum genera Iustinianus sustulit*  
38.4. *Non autem compensationes.*  
38.41.

## S.

*Seruitus morti comparatur.* 136.23  
*Seruus contrahens ei, cum quo contrahit*  
*civiliter non obligatur.* 138.24  
*Soluto eo, quod per compensationem serua-*  
*ri non potuit non competit conductio*  
*indebiti.* 167.3  
*Solutione eius quod debetur omnis obliga-*  
*tio tollitur.* 167.1  
*Statio quid significat.* 161.2  
*Sub motio creditoris agentis non fit oppo-*  
*sita exceptione compensationis sed*  
*allegata causa.* 100.25

## V.

*Vectigalia quæ nam sint.* 165.9  
*Vectigalia duplia sunt.* ibidem  
*Vectigalia & tributa in dupli sunt dif-*  
*ferentia.* 165.10  
*Verba;*

# INDEX.

- Verba; Inter se, in definitione compensa-  
tionis ad quid respiciant.* 16.13  
*Verba, Ipso iure, varie in iure sumuntur.*  
79.2

## HELMSTADII

Ex officina Typographica  
Iacobi Lucij, Impensis Heredum  
Ludolphi Brandes, Anno

---

c I o. I o. i v c.



Ob. 6. 1. 3353






Ob. 6, II, 3352 - 3353











תְּהִלָּה תְּהִלָּה תְּהִלָּה תְּהִלָּה

תְּהִלָּה תְּהִלָּה תְּהִלָּה תְּהִלָּה

卷之三